

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corps.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber decimusnonus, De cultu creaturarum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.


Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-914

LIBER DECIMVS NONVS.
DE CVLTV CREATVRARVM.

Caput Primum.

DE STATV CONTROVERSIÆ IN CVLTV CREATVRARVM.



Vrgatis calumniis , transeundum ad caput alterum , de doctrina , in hoc capite de Cultu Dei , propriè controuersa . Magna quæstio , in qua Catholici seuere peragunt reos Papistos insanissimæ Idololatriæ : eo quod promiscue cultū religiosum , vni Deo eximium , deferant Creaturis , deferant creaturam reliquiis , deferant etiam imaginibus .

gimbus.
II. Verum enim uero, quū ante
constitutum sit aliquas honoran-
das colendasq; creaturas: deinceps
anquirendum id, in quo contro-
s adorandas, colendaque creaturas,
cura est in distinctione creaturarum,
ne non multus labor. Non enim di-
ac de rebus iis, quæ ad Angelos, San-
tos. Quanquam Sanctos propria no-
cesserunt è vita: atque in patria apud
anguendis tam instituere, quam vo-
us Papæ reseruant: qui pro sua auto-
los, qui à Christianis coli debeant.
et quidem solus, quod sciam, Sanctos
Sed enim hac de Canonisatione, di-
gemus: quod per se ipsa ruat: si ruit e-
ancitorum.

io: vnde constet, in disputationem ve-
triam, quæ posita olim erat in Cultu
um. Nam huius lese Papistæ profi-
cti longe subtiliorem, quæ et si reipla-
ca: tamen sanctis Angelorum, Sancto-
illudit: adeo ut se plene perfecte que-
re, non Mercurium, sed Michaelem
n, sed Catharinam: non Neptunum,
bonis abutu nominibus, non sit fe-
tida idola sua numerarint Fidem, & Spé-
ci sibi idola fabricantes. Quasi non æ-
, bonum regem coegerint ad eum pie-

ndo cultu: vbi constat apud vrosque
liber creature. Sed hic aduentendum
ata nomina apud Hebreos: quod Bel-
Beatitudine Nullum enim vocabu-
proprie dicatur. Sunt enim tria
dicuntur, קבר ענד השתח
qua honorare, seru-
rouerba: קבר את הוזחהנום: Honore
ipse in Lege: קבר את אביך ואת אמך
Similiter Deuteronomij 28. עברת
on seruuisse lebua Deo. Et statim
is. Item Psalm. 96. התהוו ליהו Ad
וישחו למ, E: adorant Regem: numeru-
teste Augustino, c. lib. 10. de Ciuitate
Illum est vocabulum, quod dicatur
adorationem ei reserualst eximiam
det, dicere adorari sanctos, adorati
vocabulū notio.
vocabula ἀποστολὴν, λατεῖνην, διελεύσ-

ocadua, teor, cultuque humano
Se cultui diuino, cultuque humano
Certe exempla passim obvia. Ad Ro-
Maior seruient minos. Ad Galatas 5. &
d Timoth. 6 Qui fideles habent heros, n
hos οὐτοισι τελεσθαι, sed tanto magis seru-
i diuina Act. 20. Διελέων τοι Κυρια
chuiusmod. Domino nostro Iesu Christi
6. Cum benevolē tia σχάσιον, seru-

parunt itidem septuaginta promiscue
febrorum illud הַחֲרָשָׁה, de quo iam
22. καὶ τρισχιλίους εἰς αὐλαῖς οὐδὲ, E-
4. ἀποκείνων τῷ Κοσμῷ, adorauit Domi-
nus. 23. ἀποκείνων τῷ λαβῆται γάρ, ad-
στοσι οἱ φόβοι παρέσθησαν, Et adorabunt
ne fructu rei nostre immoremur. Verum
enam, quos constat ex aliis plurimis locis
enam non fuisse Grecitatis ealissinios ob-

VII. Sed enim qui vere Græci fuere, hos nego vsus eo verbo; alia notio-
ne, quam religiosa: aut vnquam hominibus communicasse, nisi qui ipsi in-
uolarent in honores diuinos. Sic de Persarum regibus, habes testimonium
Cleonis Siculi apud Curtium libr. 8. *Persas non p̄e solum, sed etiam prudentes*
Reges suos inter Deos colentes. Nec vero in se eum morem Alexander ausus trās
ferre, nisi se & Deum habete iuberet, eodem teste Curtio. Et vero apud Aria-
num libro 4. habes verba Callisthenis hoc de honore disputantis aduersum
Anaxatchum. Διατάξεις Τοῖς αὐθόρωποις ὅντα τοις ἀρχόμεναις πρεσβεγέσι, καὶ ὅντα δια-
πολοῖς. οὐδὲ καὶ ἄλλοις, καθεύδεις γὰρ τοις οἰκεγένεσι, τοις ἀρχαλυτοῖς διατάσσεται καὶ
πειθεῖται. οὐ τοῖς θεοῖς τοις ἀνθρώποις, τοις θεταις οὐκίσιοις, τοις σπουδεταῖς. τοις ὑπεροιδε-
ταῖς θεοῖς παντεῖται, παντοιοῖς αὐθόρωποις ἀπειλεῖς καὶ κάτισται τοῦ διαφρονισθείσας τούτου
τοῦ γὰρ αὐθόρωπος φιλοτελοῦσας τοῦτον εἰμιναντί τοιον τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ
σὸλοῦ ψαύοντος αὐθό τεοις, τοῦ τοῦδε λέγοντος τοῦτον εἰργάζεται. Distinctos esse a-
pud homines honores humanos, diuinosque, sum aliis rebus, puta, templis, statuis, aris,
qua Diis existimantur, quibus scrupulatior celebratur: quin et hymni diis
sunt, hominibus vero laudis: verum tamen haud si minimum adorandi morem
Homines figurando osculo salutari: at nomen sublimè possum, ut nefas sit tangere
adoratione honorari.

IX. Td λατεῖσι fuit etiam initio promiscuum æque ac τὸ διάλογον. Nam & sunt significacione vicina. Glossarium. Λατρίων, ferento. Phavorinus. Λαζαρίνη κυρίων τὸ δόγμα λέγεται. Nec vero occurrit mihi hactenus locus ullus, quem usurpatum sit alterum trum pro honore diuino apud Ethnicos. Sepiuagint. Interpretes, et si aliquando τὸ λατεῖσι de humana servitute usurparint, v. Denter. 28. λαζαρίοις εὐαγγεῖοις ixθεῖς εἰς. Illis ferentes hostibus tuis: tamen ut plurimum transtulerunt ad cultum diutinum. In novo certe Testamento non quam aliter. Vnde factum, ut ne postea quidem inter Christianos. Vnde Augustino tamē ansa disparandi Latram à Dulia tanquam propriis vocibus: quod ante eum nemo obseruarat. Non improbando consilio nisi quod doliam etiam Deo scimus attributam: quod tamea leuiuscum erat incommodum: & facile excusandum in viro pio, & vt cunque satagente consulere humani ingenij imbecillitati, cui ahoquin incommode sunt vocabulorum homonymiz. s. p. etiam in rebus momenti haud leuite periculosa. Sed hanc non improbam viri boni καρπίζειν corruperent scholastificæ, quæ seruatissimis, à sententia immane quantum recesserunt quod nos suo loco imus demonstratum.

X. Apud Latinos, adorare, idem passum, quod & ~~προσκυνεῖ~~. Cum enim nullus occurrat exoticus autor, qui usurpat pro honore non religioso: tamen Latinus interpres Veteris testamenti promiscuum fecit: Sed in Matthæi 10. tamen reddit ~~προσκυνεῖ~~, orare. Ecclesiastici constanter deinceps Deo volvularunt exiūm: donec disced. retut in superstitionem, qua & re-
~~προσκυνεῖ~~ fecerunt vocib[us].

XI. Sed de vocabulis Theologi non libenter contendunt. Rem ergo videmus potius. Catholicorum haec sententia est, cultum Dei à cultu hominum religione distingui essentialiter. Hoc est duplēcē esse cultum: alium religiōtūm, aliū ciuilem. Illum religionis, actum elicītūm: hunc vero eiusdem a ētūm imperatūm, vt verbis utrā in schola tritīs. Nam colere Deum est ipsa Religio: quomodo amare est ipse amor: & Religio est colere Deum quomodo amor, est amare. At vero cultus ciuilis fluit a Religione id est, cultus Dei, quomodo in Samaritano vulnera lauare, & obligare, fluxit ab amore Nimirum vt sit effectus Religionis, non autem ipsa Religio, quomodo effēctus non est causa. Habent igitur pro certo Catholicī, cultum Religionis solidūm Deo concedendum: Ciuilem ad creaturas pertinere: cui rei significandæ, non intuiti utramk vocabulūs λαλητικής ἀνθρώπων: dummodo sciamū non esse ea nomina diuersorum graduum, quasi secundum plus & minus sed diuersorum generum: vt omnino diuersi sit generis cultus religiosus, & cultus ciuilis & neque οὐνανικός neque αἰθλός ambō inter se comparari. Cum enim honor sit excellentiæ proportionatus, omnino eadem ratio erit cultus diuinū ad cultum humanū, que Dei ad hominem. At haec Dei ad hominem abusivæ ratio dicitur: cum nulla sit. Itaq; non potest cultus diuinus ad humanum cultum vlla esse vel iuris pia vel αἰθλογία. Denique antiqua veraque sententia est Lactantij lib. 5. c. 10. Primum officium iustitiae est coniungit cum Deo: secundum cum homine. Sed illud primum Religio dicitur, hoc secundum misericordia vel humanitas nominatur. Optime: nec tantum verae sententiae, sed etiam apta vocabula: genus summum iustitia, sub hoc duc

Subalternata, Religio, & Humanitas, siue misericordia. Scilicet, ut neque religio sit misericordia, neque ipsa misericordia religio.

XII. Hic Papistæ miri sunt, ut semper Franciscus Sales præfatione in Defensione Crucis, negat ciuilem cultum à Deo ab iudicandum. Deo enim deberi omnem cultum, iure Creationis: sicut dictum Apocalypses quarto. *Dignus es, Domine, qui accipias gloriam & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam sunt, & reatas sunt.* Redditur (inquit) omnis honor Deo: quia creauit omnia: at creauit etiam ordinem politicum: Ergo honor politicus eidem deberet.

XIII. Atqui idem postea, docet impium esse si quis Deo deferat honorem subalternum, qui habet pro obiecto excellentiam subalternam. Quid ergo si sophistam agat quis, & dicat, omnem honorem deberi Deo: Ergo subalternum. Et quidem creasse Deum excellentiam subalternam? Quid agat Sales: aut quo pacto se suis retibus exsoluat? Aut si sperat sibi fore fragilia, quid est quod iis nos terreat? Enim uero nunquam dictum omnem honorem deberi Deo: Aut si dictum cuiquam: certe non dictum hoc sensu, ut quicunque honor cuiquā creaturā debetur, eo Deus ipse coli debeat. Nam quia honoris ciuilis, siue subalterni, varijs gradus sunt, remissiores, intentioresque: lequererur Deum aut debere, aut certe posse magis & minus coli. Quod est absurdissimum: cum sit præceptum d. serre, ut Deum amemus toto corde, toa mente, toa cogitatione Matthæi 2. Admittamus tamen facile, quod postea idem Sales. Supremum honorem, id est, Religiosum, Deo referendum: At subalternum, id est, ciuilem, ad Deum referendum: tanquam ad originem. Sed hoc nihil ad nostram Controversiam: quæ disputat de honore qui deferendus sit, non referendus. Itaque poterat hoc sophismate Sales abstinere.

XIV. Longe maius negotium instat: Nam Papistæ etiam cultum religiosum distinguunt in Latriam, & Duliam. Non inquam, distinguunt cultum generaliter: sed specialiter Cultum religiosum. Nam quantumuis protestetur ēt Deo relinquere cultum suum eximium: & Sanctis alium, longe alium deferre: tamen hos religiose colunt: id est, horum cultum religiosum faciunt, & contendunt esse religionis non tantum effectum, ut Catholici, sed etiam partem. Itaq; cum delicatus Cotonus in Epistola ad Chamierum, non valde contendit, vtrum Duliam appellemus Religiosum cultum: tum Sales diserte deberi pronunciat creaturis cultum alium quam ciuilem: & quidem ex professo disputans contra nostram distinctionem. Imo Maldonatus in Matthæi 5. *Impius & imp. ritus Lutheranorum & Calvinistarum eror est nullum nisi Deo religionis honorem tribuerit.* Tum autem non tantum Sannazarius Elegia ad Diuum Iacobum Picenum. *Pectoribus nostris nō leue numen eru;* Et Hymno ad Diuum Nazarium. *Datur ecce amicum cernere numen.* Sed etiam Hieronymus Vida Episcopus Albanus, Hymno diuis celestialibus: post inuocatum Virginem, & Angelos:

*Tum vos eaduci corporis,
Ceu nos onusisti pondere,
Quondam mares aut virgines,
Nunc dīj bēati cœlestes.*

In historiis Pauli Louij memini legere,
Deos tutelares,
Serarius Iesuita.
Rinaldus antistes beatis additus agminibus Deorum.

Lipsius in Virgine Aspicollis c. 30.
*Magni magna Dei parens,
De qua sacra profantur,
Hanc fore qua serpentis
Contereret caput improbi.
Festis dō Dea.*

Postremo,
Tunc tibi laudes, Dea, dicit omnis sexus & etas.

XV. Concordant & hæc phrases. Idem Vida in hymno magnæ Matri Virginis.

*Nos quoq; diuinos, &t cuiq; est copia, honores
Largimur: tibi centum aras, tibi maxima centum
Thure calent delubra.*

Et Diui Laurentij.

*Romana propago,
Centum aras, certum magnis penetratia templis
Eriget, & tumulo diuinum imponet honorem.*

Et Diui Andreæ.

*Illa Deum tē p̄st unum generatur, & omnem
In te spem locat.*

Diui Laurentij.

Spes tua in te locat aduocato.

Sannazarius ad Diuum Nazarium.

*Salve Iō magni noua lux Olympi,
Cui per exteras operosas terras.
Templa tot surgunt, calidi, q̄s fumant*

Ignib[us] ara.

Satin diserte? Nam diuinos honores totidem syllabis audis'. Et si non audies: tamen audis templo, aras audis, quæ dii eximia, paulo ante significabat Callisthenes apud Arianum. Denique spem locare: & quidem omnem spem locare apud Christianos, quid est?

XVI. Papistæ igitur non cultum in genere, sed specialiter cultum religiosum, distinguunt in Latriam, Duliam, Hyperduliam. Est enim tot species cultus, quot excellentiae. Est autem tres huius Species, Primam diuinam, & infinitam. Secundam humanam, & naturalem, in humanis virtutib. dignitatibus, gradibus. Tertiæ medium inter diuinam & humanam videbile, gratiam & gloriam Sanctorum. His constitutis, primæ excellentiae tribuunt Latriam. Secundæ reverentiam Ciuilem assignant. Tertiæ Duliam admetiuntur: sed hanc dupliciter. Nam vulgo Sanctorum, Dulia nomen generale permitunt. At carni Christi, per se consideratae, quanquam in unione: item Virginis Mariae, eximiam referuant Hyperduliam: minorem quidē Latria, sed longe maiorem promiscua ille Dulia.

XVII. Sic fabricata tria nomina Latriæ, Dulia, Hyperdulia: quorū duo priora, ut mutuata concedam ab Augustino: tertium tamen unde est? Nun-

quam enim quisquam Veterum hyperduliam dixit, aut etiam somnianti mo Græcorum nullus inquam. Sed Latinorum audacissimi Scholastici quibus solenne est cornicūculos configere, qui, inquā, si nihil inuenirent noui in religione, mortui essent hi, inquā, Latini Scholastici hoc vocabili, immo hoc monstrū & poluerunt, & fouerunt Quanquā in Latria & Dulia longe discessū ēt ab Augustini mēte. Adeo nō imitatores sunt Papistæ, sed simir.

XVIII. Martinum tamē Pergium non nihil habuit male in Dulia, de Traditionib. part. 3. c. de cultu Sanctorum. Quæquam ne sio an proprie dulia huicmodi officium debuisse appellari: cum veneratio illa, quæ communiter Sancti debetur minime in signum seruitu exhibetur: omnes enim servi Dei sumus, quanquam meritis & Sanctitate multum dispartes: id quod significabat Anglus ille, cui selenæ Apostolus prostrabat dicens. Vide ne fecerit: confruru enim tuus ego sum, & frarum tuorum. Addere poterat ex Ambrofio li. 3. de Spiritu Sancto c. 12. Qui seruit adorat.

XIX. Nēdū tamē confectum negotium. Nā rursus honorem distibuent in Absolutum, & Respectuum. Illum, qui tei cuiuspiam tribuatur, quæ talis est, ut Deo, Latria, quia infinita, Angelis, Sanctis, Dulia, quia Sanctis, Mariæ hyperdulia, quia supra Sanctos. Hunc a. qui cuiuspiam rei tribuitur non propter eā, sed propter aliam. Ut, pectini, interula, zona Virginis, imaginib. etiam tribui volunt cultum quandam, non quia pecten est, aut interula, aut zona, aut imago, sed quia pecten, interula, zona, imago Virginis, ita ut cultus non terminetur in pectine, interula, zona, imagine, sed inde transeat ad ipsam usque Virginem, propter quam illa coluntur.

XX. Hæc est in vniuersum Papistarum Sententia: quam his capitibus distinguo, Deus solus colendus latria absoluta. Creaturæ quædam adorande adoratione religiosa: id est, Dulia. Reliquæ & Imagines creaturarum, possunt etiam adorari adoratione respectiva. Quorum capitum primum de Deo non est controversum. Reliqua autem de Creaturis in disputationem veniunt. Itaque prima Quæstio nobis erit, vtrum quibusdam creaturis competere possit cultus religiosus, siue, ut Vasques loquitur, adoratio sacra. Et quia religiosi cultus pars præcipua, Inuocatio, secunda quæstio: Vtrum in uocatione religiosa inuocare liceat ullam creaturam. Tertia quæstio, erit de Reliquiis. Quarta de Imaginibus.

XXI. In prima quæstione disertus hic status: An vllæ creature coli possint à Christianis cultu religioso. Papistæ assentunt. Et quidem non quasdam solum: sed omnes: sic enim definit, & disputat Vasques. nulla addita exceptione, nisi si forte periculum sit: Catholici negant. Disputarunt Papistæ quidem hi, quos viderunt. Peresius consideratione 7. de Traditionibus. Rubenius de Idololatria lib. 2. à cap. 14. ad 20. Slotanus Disput. aduersus hereticos, artic. 27. Petrus Auratus Parad. 84. Eckius Enchiridij c. 15. Franciscus Polygranus in Assertionibus, capite de Communione Sanctorum. Franciscus Sonnius in Demonstrationibus, Tractatu 2. de Præceptis. Franciscus Horantius Locorum Catholicorum libr. 3. c. 13. & seq. Costerus Enchiridij c. 14. Bellarminus de Sanctorum beatitudine, c. 13. & seq. Greg. de Valentia, libris de Idololatria. Alphonius de Castro contra heres lib. 13. cap. de Sanctis: Ioannes Dauyus Perronus duorum tractatum. Vasques in 3. Thomæ dīp. 97. & 110.

XXII. Catholici autem Chemnitius Examinis parte 3. Musculus in locis communibus, titulo de Cultu Angelorum. Rainoldus de Idololatria Ruetus summæ Controversiæ tractat. 1. q. 44. & 48.

C A P . II.

De locis Scripturae pro Sanctorum cultu.

I. **A**vidamus arguentes Papistas: ac primo: è Scripturis. Aphonius de Castro cōtrā hæres lib. 13. Sanctos esse honorandos aperte docet Propheta regiusdicens, Ps. 138. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Dei.* Amicos Dei vocat Apostolos, & reliquos Sanctos, qui Deum sincero quodam amore diligunt. Nam ipse Christus promisit illis ut post hanc transactam vitam in uiam recipere amicitiam, dices. *Iam non dicam vos seruos, sed amicos.* Qui ergo à David honorati esse perhibentur, non est dignum ut à nobis sine ullo honore relinquantur. Locus est ex Psal. 139. quo vitur etiam Eckius in Enchiridio, & alii.

II. Dicam primo de ipso loco: deinde de argumento. Locus ita habet Hebraice. **אַל וְיָמֶה קְדוּשָׁךְ**. Vulgata editio Latina, sic reddidit, quomodo citatur ab aduersariis. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus.* Et tamen, nihil est in iis verbis, quo significari possit *nimus*. Nec illud honorificati sunt, propriæ dictum, sed longissime petuit. Debuit dici, *Mihi autem quā pretiosi sunt?* Sed **כִּי** certū quidem est alias amicos & familiares esse, quo sensu redditum & à paraphraste Chaldaeo, à Græca, Latinaque editione. Sed obseruant etiam significari eodem vocabulo, *cogitationes*. Itaque ab Aben Ezra, & Kimchi exponitur. **מְחַשְׁבָתָה לְרֹעֵי**: non tantum Kimchi, sed etiam Græca editio, *où ouwings Aggadotus ms.* Et Latina. *Tu intellexisti cogitationes meas.*

III. Cum igitur **πλάνησε**, sit vocabulum: tum certe ex circumstantiis dijudicandum, utra notio huic loco commodi. *At quæ amici veritati quid habet commodi?* Nulla cum præcedentibus coherentia: in quibus laudatur Deus ab infinita prouidentia quæ elucet in eo maxime, quod nihil sit tā absconditum, quod ille non perfectissime rimetur. Hinc quantus faltus est statim ad Sanctos? In sequentibus autem quid cohæret? *Nimus confortatus est principatus eorum*: absurdum: Nam quis potest mihi **דָּרָשׁ** vlo loco legere pro principatu? quanquam pro principibus non eo inficias. *Sed pro summa læpissime*: itaque multo rectius. *Quam multiplicata sunt summa earum*: id est, quantus est earum cogitationum numerus? vnde statim: *Dinumerabo eos: & super ærenam multiplicabuntur*: hoc est, si coner earum numerum inire, tam possum, quam ipsius arenæ maris. *At id de amicis Dei, quis dicit?* Itaque nō illi tantum Hebrei quos nominauit: sed etiam Christiani, Pagninus, Vatablus, Arias, cogitationes maluerant.

IV. Argumentum autem quam dissolutum est? Nam primo, qui sunt illi amici? Nam nostra contoversia non est de quibuslibet amicis Dei. Sed de iis dū taxat, qui sunt in altera vita. Nam eos qui in ista nondum vi-

dimus

LIBER DECIMVS NONVS; CAP. II.

393

dimis tam stupidos Papistas, ut afferant religiose colendos. Nos autem ne quidem illos: Ergo de his solis controvuersia est. Quod si igitur non designauit Prophetia amicos Dei iam hinc ereptos, potest quisquam dubitare, hunc locum nihil ad rem pertinere? Hic vero aduerariis onus incubit probandi, Sanctos intelligi defunctos. Nam eodem vocabulo significari etiam viuentes, nemo nobis negabit. At illi suum illud probare non poterunt. Certe Theodoretus interpretatur de Sacerdotibus, quos David impense coluerit.

V. Deinde, quid tum si honorauit Sanctos? Nam neque nos negamus honorandos. Quid ergo? Nempe hoc sciendum, quo genere honoris illos coluerit. Civilis, an religioso. Et potest quisquam hoc loco habuisse, quem nullum omnino vestigium exstet, quo appareat adoratos, inuocatosve aludatur fuisse defunctos? Quid Iudeos dico, cum ne illi quidem Christiani, qui insinuant in adoratione mortuorum, nullo adhuc loco habuerint Sanctos Veteris Testamenti? Est igitur argumentum futile.

VI. Addit Richcomus ex postremo Psalmo. *Laudate Dominum in sanctis eius.* Nam quamuis (inquit) vocabulum Hebraicum significet loca dicta *Sancta*, id est, cœlos: sive locum tabernaculi Mosis: aut etiam templi Salomonis, tamen multi Veteres, inque iis Augustinus: de *Sanctis* interpretationi sunt.

VII. Respondeo: Hebraice legi, *Laudate Deum in Sanctitate eius*, ubi primo Sanctitas Dei, quanto distat spatio à Sanctis? Secundo phrasit in Sanctitate, Hebraic significat ob *Sanctitatem*: ut sit Sanctitas, illa laudum materia: quemadmodum statim, *in firmamento, in virtutibus eius*. Quid tum ergo, si patres intellexerunt de Sanctis? Delusi sunt ab interpretibus. Deinde Euthymius, *in Sanctis interpretatur propter Sanctos*. Denique etiam si sit laudandus Deus in Sanctis: tamen Sancti non sunt colendi cultu religiosi: nam longe aliud est laudare Deum, quam eos adorare.

VIII. Nunc docere conantur ex Scriptura honorem hunc religiosum re vera delatum quibdam creaturis. Nam Genesios 18. Abraham pronus in terram adoravit Angelum. Et Lot Genesios 13. Numer. 22. Balaam Iosue 5. ipse Iosue similiter. primo Samuelis, c. 28. Saul adorat animam Samuelis. Secundi Regum c. 18. Abdias vir Sanctus adoravit Heliam pronus in terram. Et 2. Regum. c. 2. filii Prophetarum adorant Elisaeum. Danielis secundo. Nabuchodonosor adorat Danielem. Iosephus lib. 11. c. 8. Antiquitatum refert Alexander adorasse Pontificem Iadum.

IX. Respondeo, nullisistis locis effici religiosum cultum deberi vlli creature. Et primo de Balaam, Nabuchodonozoris, & Alexandri exemplis nō est, quod simus valde solliciti: Nam cur homines impij præjudicent vere religioni? Quanquam ab A'xandro adoratum Iaddum Iosephus negat, ~~προτελήν μα~~. ~~Θεού~~ αποκωνισθέντος θεομά, καὶ δέχεται τοντόντοντος. Solus accedens, adoravit nomen, Dei scilicet, quod erat inscriptum laminæ in fronte Pontificis: ipsum autem Pontificem primus osculatus est, sive amplexus est. Patmenioni Alexander ipse, εἰς τὸν πεντηκοντά, τὴν Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ποιῶν αὐτὸς τιμητας. Non hunc inquit, adoravit, sed Deum, cuius face dedit honoratus est.

X. Verum enim vero, cum in constituendo statu quæstionis definitum sit, quærendum, non quidem vtrum sint colendæ creature quædam, quod omnes prolixè fatemur, sed vtrum is cultus sit religiosus: iam facile est cui libet animaduertere, frustra hæc esse exempla. Nam cum i plo asserente Bellarmino, & adorare, & prosterni in terram, media sint vocabula: nihil ille promouet, qui iis virtutem. Non enim sequitur *Adorant*: Ergo religiosi: Alioquin quis absoluat Iacobum adorantem fratrem suum non solum *Ἄλλος αὐτοῦ παῖς*, sed nec virum bonum? Nimirum asserunt Catholici his omnibus locis significari cultum illum, quem ciuilem à nobis appellatum esse meminimus.

XI. Verum Bellarminus instat, & negat tuisse ciuilem. Primo, quia An-

XI. Verum bellarminus initat, & negat unde ciuilem. Primo, quia Angelis deberi cultum ciuilem ridiculum sit. Secundo, quia Iosue Angelum non prius adoravit, quam intellexit esse Dei legatum. Tertio, quia certum non conuenire ciuilem honorem animabus defunctorum Quarto, quia honor delatus Eliæ ab Abdia non potest esse ciuilis : nam quantum ad humanam excellentiam Abdias maior erat, quam Helias. Et quis crederet à rege summo ciuiliter adoratum, vnum è captiuis.

XII. At nihil hic solidi est. Nam primo, quare ridiculum est dicere, ^Angelis deferendum cultum ciuilem: hoc est, alium à religioso. Nam in vocabulo ipso *civitis*, nos quidem vim non facimus ne erreret: nec pugnemus si melius aliquod autiple obtrudat, aut alias inueniat. Quomodo aliqui non nunquam Officiolum dixerit, non absurde. Sed seu Officiolum dicas, seu Civile, perinde est, dum distinguas à religioso, & sic distinguas, ut non graduum sola sit differentia, sed etiam genium. Nam ne nos quidem ~~de~~ⁱⁿ hanc vocabulo abstineremus, nisi lophistice occupassent aduersarij: & necessitatem imponerent distinguenda ipsius ~~de~~ⁱⁿ hanc. Non adorale Ioluam, donec intellexerit esse Angelum Dei legatum: verum, sed inutile. Nam ex interrogatione constat addubitate quoniam esset, amicus, an hostis. In ea addubitatione, qui potuit adorare; sed non sequitur, inde cultum fuisse religiosum. Rursum, unde certum non conuenire cultum ciuilem animabus defunctorum? Aut quandiu abuetur Bellarminus lectorum patientia, identidem peccans petitione principij? Maior erat Abdias Helia, fatigatus horribus mundanis: sed vicissim maior Helias Abdias dignitate Ecclesiastica. Itaque & Abdiam Helias debuit suo loco, & tempore adorare. Et suo item Abdias Heliam: sed neuter adoratione religiosa.

XIII. At Nabuchodonozoris alia ratio. Quum enim fuerit idololatra, pios multum mouere non deber. Quid enim? Nonne idem legitur non simpliciter adorasse Danieliem, sed iussisse eidem sacrificari hostias & incensum? Locus disertus. Tunc rex Nabu-hodo-ozor cecidi in faciem suam, & Danieliem adorauit: hostias, & incensum precepit ut sacrificarenti. Hocine Bellarminus probet? Detulerit ergo sane Nabuchodotzor religiosum cultum Danieli: sed tanquam idololatra. Ac sane nondum quisquam illum ducuerat pietatem, aliquin qui postea rursus idololatra?

XIV. Habet tamen patronum Bellatminum, ut solet mulus mulum fricare. Is docet nos, oblatu fuisse non **בְּחִדָּשׁ** **סְרִכְמִיהִלָּה** illa, quæ Deus Exodi 22. prohibet cuiquam immolari præterquam sibi, sed **מְנֻחָה** & **יְמֻתָּה** quæ non Deo tantum, sed etiam hominibus offerentur. Nam prioris Samuel. 10. negantur quidem voluisse offerre Sauli, **מְנֻחָה**, **מְנֻחָה**. Potro Papistæ ima-

ginibus & reliquiis odore, id est, **υπεριττού** offere solent. Et Areopagita c. 3. part. 2. de Hierarchia ecclesi, dicit Pontificem suffire aram; & totius Ecclesie ambitum. Vel si haec non placeant, accedit ad Hieronymum & Theodoretum, ut intelligatur Nabuchodonozor sacrificium obtulisse Danieli, id est, Deo Danielis.

XV. Atqui, ut concedam, quod certe negari non potest, nomen מָלְךָ יְהוָה latius patere, quam saerificia quæ Deo offerantur, ac falso facit sacrificare munera, numquam Bellarmine inueniet dictum nisi Deo. Nam & de Saule dicitur, improbos quosdam non atrahisse ei munera: at non, sacrificare. His autem dicitur non iussum fuisse, ut afferrent, sed ut sacrificarent munera. Itaque prima solutio nulla. De suffitu quid dicam? Primo nullum in tota Scriptura reperire potuit Bellarmine, iussitum offerri, nisi Deo. Quid ergo recurrat ad Papistas optime: expedita ycloria ratio, sicut sane latrones a latronibus iustificabuntur. Sed in Areopagita, quam ridicule! Quasi suffire yclori sit idem saerificare incensum. Mirum ingenium: suffire aram, id est, arae suffitum sacrificare. Hoc qui admittat, quid non admittat? Iungentur iam gryphes equis. Hieronymus autem & Theodoreetus non iuvant. Neuter enim negat Danieli sacrificatum: imo uterque afferit diserte. Quid ergo? Neque putasse Nabuchodonozorem adorari Deum Danielis in ipso Daniele. Quod etsi non dixissent, tamen constare potuit ex sequentibus. Verum ita solebant Ethnici; & lapides adorare, & in lapidibus Deum: quomodo Papistæ. Itaque nulla est peccati excusatio.

XIV. Addamus argumentum Costeri. Cum Sancti in cœlis summa gloria à Deo afficiantur, confortes quodammodo diuinæ naturæ, secundæ Petri primo : similes Deo ,quia clare vident Apocalypsis . Christi cohæredes: merito à viuentibus omnem honorem accipere merentur & debent: qui aliqui creaturæ in hoc mundo sine reprehensione deferuntur. Prinde quicquid exhibetur principibus, parentibus, aut quibusvis hominibus: quicquid esiam Angelis, id merito deferri potest, ac deber, Sanctis cum Christo viuentibus.

XVII. Respondeo, primo et si argumentum concederemus totum, tamē quæstionem non concludi, quæ est non de honore, sed de honore religioso. At nul'i creaturæ in hoc mundo, nullis præcinctibus, nullis parentibus, nullis hominibus, debetur honor religiosus: nec careat reprehensione qui eum eis deferat. Itaque Costerus disputauit inutiliter.

XIX. Secundo, consequentia est absurdissimas: Nam omnis honor, qui in hoc mundo debetur creaturæ, vel sic nominatur, ut speciem honoris significet, vel sic, ut eius honoris actiones singulas. At neutrum pote est confistere. Nam Bellarminus docet totidem esse species honoris, quot & excellentiæ. Tum tres species excellentiæ: Increatam naturalem, medianam. Species autem cultus, latriam, cultum ciuilem, Duliam; & has singulas singulis illis assignari: Latriam Increatæ: Ciuilem naturali: Duliam Mediae. Quod si sunt species variaz: Ergo differunt formaliter, ac proinde essentialiter. Et si ea relatio est necessaria: tum profecto neque Larria naturali debet-
bitur excellentiæ, aut Mediae: Neque Ciuilis, Increatæ, aut Mediae. Neque Dulia Increatæ, aut naturali. At si Costeri consequentia legitima est, tum quæ species debetur naturali excellentiæ, eadem debetur Mediae: ac proinde relationes illæ tam accurate apud Bellarminum distinctæ, confundentur. Quod si manet distinctio Bellarmini inconcussa, tum profecto falsum, debet i Sanctis honorem ciuilem: ac proinde falsum, debet i Sanctis omnem honorem, qui debetur creaturis in hoc mundo: qui debetur, in quaen, principibus, parentibus, quibusvis hominibus.

XIX. Quod si actiones malit Coferus intelligere, tum non tantum absurdâ consequentia est, sed etiam ridicula: quis enim ferat, omnia illa def eri Angelis, deferri Sanctis, quæ nos vel principibus, vel parentibus, deferimus honoris causa? Certe quicquid filij debent parentibus, id Scriptura comprehendit honoris nomine, cum ita præcipit. *Honorat patrem & matrem.* Mirum, si in animum inducat Coferus eadem omnia Sanctis præstandal, quæ filij præstant parentibus ad varios huius vitæ usus. Sed de principibus, quid dicam? Regibus nostris in Gallia is honor haberur, ut quadraginta dies postquam expirarunt, omnes officiorum patres itidem prætentur, quæ viuentibus solebant. Ita-ne ergo Sanctis faciamus? Et pincernæ vinum gustant: & scutiferi cibos delibant, & omnia, ut semel dicam. Sanctis ne igitur eadem officia præstanda dicamus post mortem, quæ in vita? Quid: Papæ, honoris causa, Reges aquam fundunt laudantis manibus: & fercula ferunt: & strepâ tenent: hæc cine omnia Sanctis? Quamquam frustra hæc, opinor, Papistis obiciam: quorum tam stupidum est ingenium, ut eorum statuas dieb us festis ornent vestibus magnificis: quia sic solent homunculi non quotidianis vti. Sed si stupidissimi Papistæ sunt, atnon propterea non horret sensus humanus has ineptias, ut mollissime loquar.

XX. At Catholici de specie sic sentiuntur: Eum honorem, qui Sanctis deferrendum sit, esse eundem specie: cum eo quem viuis deferri oportet, id est, cuiuslibet: ut postea latius dicemus: tantum ergo differre intentione & remissione, quæ ut variis gradus efficiant at non varias species. Quod autem attinet ad actus, distinguunt. Quofdam enim Sanctis deberi: ut quos deferri posse agnoscunt quibuslibet hominibus absentibus: cuiusmodi sunt laus, imitatio, & pauca alia. At quæcunque presentibus tantum deferuntur, ut genuflexiones, salutationes, inclinationes familiaque multa, ea negant deberi Sanctis: multo magis quæ indigentibus, ut vestes, lumina panem, vinum,

C A P. III.

De Calumniis olim contra Catholicos in cultu Sanctorum.

I. Constat ex præcedentibus religiolum Sanctorum cultum nulla Scriptura niti. An saltem testimonio Antiquitatis? Ergo hoc videamus. As-pud Bellarminum duo sunt testimonia eorum genera, vnum ab aduersariis fidei, alterum à Catholicis. Illud peritur ex eo quod se. mper. Ethnici, Iudei, hæretici, accularunt Christianos idolatriæ, propter cultum Sanctorum quod certe non fecerint, nisi vidissent à Christianis Sanctos passim religiose coli. Confirmatur antecedens ex Eusebij lib. 8. c. 6. hist. Et lib. 4. cap. 15. Ex Cyrillo lib. 6. & 10. contra Julianum. Augustin. lib. 10. cap. 21. Ex Hieronymo contra Vigilantium.

II. Atque importunum, imo iniquum est Christianos estimare ex adversariis.

III. Et quis sanus non censeat horrendum potius purgationi, qua se fuisse, innocentia Christiani tuebantur? Itaque expendamus eos locos, quos enumerauit Bellatminus. In primo igitur accusatio est Ethnicorū, qui martyrum ossa refodiētes in mare proiecerunt. *as ad un cōtra iugos dōtoris p̄p̄s*
as enwātīv m̄t̄ q̄s sc̄r̄t̄s, as̄s̄ v̄v̄t̄, λογ̄z̄ ζ̄v̄p̄oī. Ne qui eos in monumentis re-
positos adorarent, pro Diis habentes: nā ita putabant. Hæc Eusebius. Sed in his
quid visum commodum Bellarmino? Nam illud *as̄ v̄v̄n̄*, Eusebius addidit,
ut vanitatem calumnias perstringeret. Ita est, inquiet Bellarminus: sed Ethni-
ci videbant non nihil eiusmodi fieri. Quid religiose coli martyres? Prorsus
falsum. Sed videbant in honore esse: & quidem multo; inde fingeabant apud
se cultum religiosum: & id expressit Eusebius: nam illud *δός̄s̄ λογ̄z̄ ζ̄v̄p̄eī*, co-
pertinet: ut sensus sit: putabant fere ut eos aliquis coleret religiose, quomo-
do solet Deus colii.

IV. Sed reliquias loci sunt illustriores: qui statim subiectam habent purgationem disertam in secundo loco. Negatum fuit Christianis martyris corpus: suggestribus Iudeis: *καὶ φύτες τὸν κορμὸν, τὸν δέξιον σέβει, ne εἰσιστοῦνται*, sicut cole: et incipiunt. Quid ergo: viderant ne aliquando à Christianis omisum crucifixum? Minime vero: sed quia in Polycarpo mira viderant in tormentis constantiam: nec crederent Christum propterea coli, quod esset Deus: suspiciati sunt ad hunc martyrem nouo quodam puritudo Christianos sele conuersuros. Sed quicunque tandem illis sensus fuerit: certe luculenta est Christianorum purgatio: non tantum negantium se unquam à Christo discessuros: sed etiam testantium suum genuinum in Sanctos affectum. *Ἄγιοι μαρτύρες, inquit, οὐτε τὸ Χριστὸν ποτὲ κατέπιπτον οὐδὲν μείζωνος μείζων: μείζοντες nos neque inquam posse Christianum despere, οὐτε τελεόντες, neque ullum alium colere.* Christophorus sonus addidit *ut Deum, otiole, ne quid dicam durius.* Simpliciter enim negant Chribiani se quenquam *σέβει, cole: re, cultu scilicet religioso.* Ideo statim, *τίστε μήν γδὴν ὅτι λέπετε Θεῖν, τερεσκονωσοῦσθε.* Hunc enim Dei Filium adoramus. *τοῖς τούτοις μετονομάσας, οὐ μηδὲν τούτον Κυρίον πειποντές, ἀπαντοῦσθε δέξιας ἔνεργα δύοις αὐτοῦ βασιλεύσιν τούτους τούτους θεοὺς.* Et martyres, tanquam Domini i discipulos, imitatoresque, amamus ut equum est, ob summam in suum regem ac magistrum benevolentiam: quorum et innam simus socii, ac discipuli. En tibi. Quum antea dixissent se neminem *σέβει*, postea autem se Filiū Dei *τερεσκονωσοῦντες* adorare. Nunc de Martyribus, neque *σέβει* vlsurpost, neque *τερεσκονωσοῦντες* (quod ytramque tamen posteriores Græci, in idololatriam deflectentes, vlsurparunt) sed dunt taxat *τερεσκονωστά, amare.* Optime: neque iis alius cultus debetur, ut postea videbimus ex Augustino.

cultus debetur, ut poitea videbimus ex Augustino.

V. Julianus apud Cyrillum, nonnihil Christianis exprobrat de cultu miserorum hominum, duobus locis. Audimus respondentem Cyrillum: quāquam magno emerim contextum Græcum: qui multis experimentis didici, quam si non tutum interpretibus confidere. Sed ut possumus faltem: quando non ut volumus. Ergo responderet lib. 6. At Santos martyres neque Deos esse dicimus, neque adorare consuevimus. Nota. Vtrumque negatur. Quid ergo? Laudamus autem eos potius summi honoribus, quod pro veritate strenue servarunt, & fidei sinceritatem seruarunt: ita ut & suam animam contempserint, & mortis eorum valescentes, praualuerint in summis periculis, tanta que fuerint fortitudinis quasi statuta sua vita excitaturi. Proinde non est indigrum, immo etiam necessarium, eos quia tam claris operibus operibus gloriose sunt, perpetua honori laudibus. Negat adorari martyres: concedit laudari. Hoc cincisatis ad cultum religiosum? Certe Calisthenes hominibus concedebat res iusticias, etiam tum, quem discerneret diuinum cultum ab humano.

VI. Iā Fausto Christianis sic obiciunt: *Idola vestris in martyres, quos votis simi ib. colitis.* Quod Augustinus: *Colimus martyres, ex cultu dilectionis & societatis.* Aduerte animum: cultu dilectionis & locutieratis. Recte: nam priores apud Eusebium Christiani Lugdunenses dī jecū mūp dīgīas. Sed, *Colimus martyres, ex cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Evangelio veritate passionem paratum esse timus.* Quid ultra volumus? quid quærimus amplius? Multum erat dicere cultum dilectionis, & societatis: si haberent idololatriæ aures ad audiendum. Nā vt dici possit cultus ille religiosus, cultus dilectionis: tamen non potest cultus societatis. Nemo, nemo, inquam, illi se locutum dicit, quem adorat. Sed hoc amplius: is cultus idem cultus est, quo sancti, dū sunt in hac vita, coluntur. *Ite nunc Papistæ: & Antiquis Catholicis Sanctorum religionem cultum affricate!* Sed de his etiam plura alias.

VII. Vigilantius adorationem martyrum Catholicis exprobavit. Atrocē calumnia, atrocibus verbis Hieronymus repellit. Et ut erat impariens, statim à limine, *Quis b' in sanum caput, martyres adoravit?* Enī stylum eius æui inter Christianos. Et si enim scirent, adorare medium esse vocabulum, & in Scripturis tribui etiam creaturis: tamen negabant se adorare martyres. Utinam sola vocabula mutata essent: & non in re ipsa peccarent, qui non veneratur testari, se adorare Sanctos.

VIII. Ecce: iam audiuimus Ethnicos, Iudeos, Hereticos testes Bellarminianos: idoneos scilicet, ex quorum calumniis, leuitate discant antiquam fidem Sed audiuimus contra, ipsos Catholicos: qui quid ipsi crederent, quid facerent, longe habebant melius cognitum, quam omnes Ethnici, Iudei, Heretici: hos, inquam audiuimus ab importuna, imo impudente calumnia sua innocentiam vindicantes. Quid igitur morarum? Quid non irridemus Papistarum lophisticea? An illi (inquit Bellarminus) nunquam defecissent nisi vidissent Sanctos passim religiose colli. Quanto nos melius? Nunquam ita lele purgassent Catholicos, nisi scissent apud se Sanctos non colli religiose. Sed viderunt tamen aliquid calumniatores, Ita est sane. Viderunt colli martyres: neque negabant Christiani: imo profitebantur Christiani: Colimus martyres, clamabat Augustinus. Attende Bellarmine: Non illi videbant Sanctos

religiose coli: sed videbant coli: calumniabant autem religiose coli. Quomodo non videbant promiscue abuti mulieribus, sed audiabant sorores appellari, quod illis nequitiae nomen erat. Itaque a suis moribus mores Christianos estimarunt,

C A P. I V.

De Veterum testimoniis in cultu Sanctorum:

- I.** *Estat alterum genus testimoniorum, ex Catholicorum libris. Primo Graecorum, Iustini, Origenis, Eusebij, Athanasij, Basilij, Nazianzeni, Nysseni, Epiphanij, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, Theodoreti, Damasceni. Tum Latinorum, Terrulliani, Cypriani, Ambrosij, Maximi, Prudentij, Paulini, Hieronymi, Augustini, Gregorij, Bernardi.*

II. Hic primum respondeo, Damascenum, Gregorium, Bernardum, non esse testes omni exceptione maiores; utpote recentissimos: & florentes post inclinatam, imo corruptam Ecclesiae sinceritatem. Sic Damascenus ~~et~~ ^{et} Gregorius acerrimum fere defensorem praebuit. Sic Gregorius infinitas collegit nianias, in suis Dialogis. Bernardus longe post confirmata idolatriam, imo & Papisticam tyrannidem, vixit, scripsit. Itaque hi nullo loco a nobis numerantur.

III. Secundo libri sunt quidam eorum Patrum non legitimi factus: ut Ambrosij Sermones: Augustini Sermones de Tempore. Ne liber quidem de Virginitate Athanasij: adeo nihil habet simile reliquis eius viri scriptis. Et quis credat tantum virum in haec verba eripi posse: mutuus auctor ab aliis. Omnes pura sunt, quaecumque in animata. Quid? quod coniugatam negat esse corpore, animaque puram? Mitto minutinam cùia plurima, quæ Virginibus præcipiantur, quibus tum temporis locum fuisse, vix mihi quisquam persuadeat, ut de cucullo, de colore fusco, & tamen nativo: de genis non lauandis utraque manu: & similia pleraque.

IV. Tertio nonnulli loco proferuntur falsati. Iustinus ex Apologia 2. citatur in hęc verba Sed & illum (Deum Patrem,) & eius Filium, qui venit, nosq; haec docuit, & aliorum sequentium similiusque bonorum angelorum exercitū, & spiritū propheticum colimus atq; adoramus, verbög; & reseu veritate de-neramur, idq; omnib; quod dīsere volunt, ut dotti, instituti sui sumus, copio & tra-dimus. Quæ verba horrendum quid continent: quod nunquam ferant autes Christianæ: in enumeratione earum rerum, quæ adorantur, postremum lo-cum dari Spiritui Sancto, eique præponi angelos. Quis tam sit patiens, ut non exclamat anathema? Certe Bellarminus c.13. lib.1. de Christo, Dominus non copularet cum Patre & Filio Spiritum Sanctum, si creatura esset. Idem nos de Iustino æquum esse putamus coniicere. Et addimus ex Basiliij ep. 38. vbi de Spiritu Sancto agitur nuncupato in Baptismi formula. εἴ τοι δέ τις αὐτή μετίχει προπονεῖται ἀπέκεινα μηδεποτέ τινων φύσισ. Non enim quod natura peregrina esset eodem cultu & honore gauderet. Sed Graec. A ἡμίνεσσον τε, καὶ οὐ πάρεστι τὸ εἰδώλον τοῦ θεοῦ διδάσκαλος μηδὲ τοῦ θεοῦ εἰπειδόμενος οὐδὲ προσεγγίζειν εργάτην τοῦ θεοῦ φύσιον σεβομένας, καὶ τοῦ θεοῦ εἰπειδόμενος οὐδὲ προσεγγίζειν ποιῶντας, καὶ πάτην βαλονταί μαθεῖν, οὓς εἰδότες θεόρητος οὐδει-όντας. Verum hanc ipsam, & qui ab eo venit, atq; ipsa nos, & aliorum obsequen-tium, ex aquatorumq; bonorum angelorum exercitū docuit, Filium, & Spiritum propheticum colimus & adoramus, cum ratione & veritate venerantes: atque uniuersi disere, atq; nosse volenti pro eo atq; edotti sumus, canlide hactraden-tes. Athęc de adoratione, aut Angelorum aut Sanctorum, neque seū ne-que suū.

V. Eusebij 13. libro de Præparatione Euangelica, c. 7. *Nos quotidianè id faciemus: nam vera pietatis milites, ut Deum et amissimus honoramus. Hoc vero loco immane, quantum scelus admisum à Georgio Trapezuntio! Quanquam totum ille librum sic verit, ut posteris voluisse videatur illudere: adeo multa omittit, multa immutat. Quod hīc monusse satis sit, plura dicturis proxima controvērsia, de Inuocatione Sanctorum, ybi idem iste locus prolixius obicietur, cum à Bellarmino, tum ab aliis.*

VI. Ad reliquos locos fidenter dico, nihil omnino in iis legi de adoratio-
ne, siue cultu Sanctorum religioso. Quid enim (ut omnes percurramus) dixit
Origenes homo, in diuersis? Horum memoria semper et dignum est in Ecclesia
celebratur. Optime sermo est de pueris ab Herode occisis. Qui parvuli, in-
quit, ad memoriam aeternam laudia a beato Euangelista in Sancto Euangeliio con-
scribuntur horum & memoria semper, ut dignum est, in Ecclesiis celebretur secundum
integrum ordinem Sanctorum. En tibi celebrati memoriam. Hoc enim religio-
se coli? Ergo abutuntur fratre aduersarij. Patrum nominibus venerandis, tan-
quam puluere, quo iniecto in oculos, simplicibus illudant. At Catholicos co-
stanter negant, omnes eos coli religioso cultu, quorum memoria celebratur,
& ipsi, qui omnino neminem admittunt colendum cultu religioso, quotidian-
tamen memoriam celebrant piorum virorum.

VII. Eusebius quidcum Gentiles metuerent, ne Christiani, reliquo Christo, Polycarpum adorarent, Christianos respondisse, le non posse vello modo martyres pro Christo colere, sed tamen eos diligere & venerari. Atqui non ita legas apud Eusebium. Non inquam legas, diligere & venerari, sed tantum diligere, πάτερνας αγίων: prout à nobis capite praecedenti descriptus est locus. Deinde Venerari, non significat religioso cultu venerari.

VIII. Athanasius libro de Virginitate, tamen tamen illum vix credunt docti autorem esse: sed tamen, quid ille quisquis est, *tunc eiōtān̄ aīri e d̄. v̄ḡ. C̄. v̄s̄. 8*
oīnḡt̄v̄. C̄. f̄d̄. v̄. n̄ḡ. l̄ȳ. p̄. oī. u. n̄t̄. h̄. oī. s̄. w̄. t̄. v̄. r̄. s̄. oī. t̄. s̄. t̄. w̄. n̄. c̄. d̄. t̄. v̄. t̄. m̄. d̄. s̄. c̄. t̄. ī. r̄. t̄. l̄. ȳ. l̄. Si virius illus ad eustus ingreditur, cura timore & tremore occutens illi: & adorabit ad pedes illius. Intelligo: Sed cur non intelligunt leuite, loqui eum autorem de viro iusto viuo? Et addunt, nunquam auditum apud Christianos, etiam viventes nobiscum homines esse colendos cultu religiosos? Itaque cultum illum adorationem illam necessitatem esse eam, quam civilem appellamus. Imo religiosam, inquit Bellarminus. Quia nam autem quia adiit, Non enim eum, sed Deum adorabis, quicquidem mitti: Dominus enim ait, qui recipis iustum merecipi. Imo nihil hic virium, Nam testatur Dominus sibi fieri, quemcunq; suis fiunt, etiam eleemosynam dari. An eleemosyna, an calix aqua frigida, inter cultus religiosos? Recte Bellarminus hoc loco, adorari Deum in iustis, quia ratio cur iustus adoretur est Deus Nimirum, ut calicem frigidam damus Deo, quia ratio, cur sicuti damus calicem frigidam, est

LIBER DECIMVS NONVS. CAP. L.

39

Deus & vestimus Deum: quia ratio, cur vestiamus pauperem, Deus est. Et similiter omnia: nec tamen eos quibus frigidam porrigitur aut uestes, religiole propterea adoramus: & tamen virgere possum phrasin ~~weonawis~~ ~~co~~
~~an~~ ~~it~~ ~~no~~ ~~it~~ ~~ad~~, adorare coram eius pedibus: quae non obiectum designat adorationis, sed circumstantiam, ut adorare coram altari non significat ipsum altare adorari, & respondent frequentia, Non eum, sed Deum adorabis.

IX. In Basilio nihil noui. Homilia in Mamantem. *Nihil nisi honoris et deum auctoribus.*
Basilus, accepit enim tuus res magister. Delatus priorib. honore, posteriorib. addit Ecclesie animu. Et in quadraginta martyres. in res tuas auctoribus et magistris tuis. Iusti, deo filii in iusti res accepti et regnando deo auctoribus et regnando. Honor delatus bonis conservis, signum est benevolentia erga communem dominum. Nihil verius. Sed ubi audi cultum religiosum? Aut quid in iis verbis est, quod non promiscue dici queat de bonis viuentibus? Nazianzenus itidem. Maccabaeos dicit auctos martyrum, dignos qui ab omnibus honorentur: & oratione prima in Iulianu: negat martyres admissos, honorem eius, qui reliquias martyres erat despe-ctui habiturus: *conceditque huius res propositus magistrorum auctoribus.* Epiphanius haresi 79. c. lxxviii Magia, in honore esto Maria. Ambrosius sermon. 6. Quisquis honorat martyres, honorat Christum. Hieronymus ad Riparium. Honoram seruos, sed honor seruorum redundet ad Dominum. Hi vero omnes nihil nisi honorem dicunt; itaque proferri non debent aduersus eos, qui sanctos concedunt honorandos, non debent etiam aduersus eos qui ne-gant religioso cultu colendos. Nisi forte prius doceant nullum honorem esse nisi religiosum.

X. Nyssenius in Theodorum martyrem multa dicit de cultu, qui Sanctis martyribus ab Ecclesia exhibetur. Ita sane, inquam: sed nihil de religioso cultu eti non pauca nimium affectata: sed quorum summa sit, gratiosum, amabile iucundum, à mulris desideratum. At adoratum nusquam. Imo potius discrete, ἡδοίη μετέστη τῷ πανύψει, τὸ ιερό τῷ φιλομάθετῷ σιδηρῷ εογίμου τibi publicum conuentum sacram, inquam, cætum martyras amantia. Quid ergo acturi? Communionem Dominum adorantes, & tuorum certaminum victoris commemorationem peragentes, τόποι κριτικῶν τεθησαυρῶν δεωρίῳ, ἐξ οἴκων τολμησαντες τὸν σὸν ἀγάναν ιατρομνησον. Nihil prudentius. Ad Deum adoratio refertur: ad martyrem sola commemorationio. Quam procul à Iesuitis. At ibidem, Cui regum talis honor habetur? Quia ex iis qui supra modū inter homines excellere vissunt, tali memoria celebratur? Quis Imperatorum adeo decantatus & fama celebratus est, ut hic miles pauper, modo conscriptus tyro, quem Paulus armavit, quem Angeli invenerunt, quem Christus coronauit? Imo quid hī noui? Nam celebrari memoria, & fama decantari, diuersum est eadō adoratione, diuersum à cultu religioso.

XI. Sic Chrysoft.hom.de Sanetis Iuuentino, & Maximo, negat aliter pri-
scos, aliter recentiores coli: *hunc* generale verbum, quod interpres honora-
ri vertisse, melius: quam *coli*, nisi affectasset papismum, quam potuit maxime:
vnde paulo post, *Martyres* dixit, *quos hodie colimus*, quam Chrysoft dixer-
ti si in ipso hunc omnes ova pascuntur nos pascuntur, qui nos hodie conuocarunt, id est, in
quorum gratiam hunc celebramus huius diei carum. Imo. Illud durius
tuis, *Tumulos adoremus*, nusquam dictum Chrysoftomo, Tantum, *ira regi deo-
tis* οὐφετος των αγίων τοι των μνηματων, η δε την εώνιον ελευθερων, και παντοχε-
ιονος η μετάπτωσις λαβότες ιησους ρωγμον, quo *Et visiti* Sanctorum monumentis, &
consideratis eorum premis, inde varios thesauros vndiquaque: colligamus. En pu-
dorem! en fidem interpretis! Imo en Bellarmini religionem! Visos tumulos,
maluit adoratos dicere, nimur ita opus fuit.

XII. Cyrillus lib. 6. contra Iulianum, *Nos non Deos factos esse dicimus Santos martyres, sed omni honore dignari conuenimus.* At locus sic habet potius, ut capite praecedenti recitatus est. *Sanctos martyres neque Deos esse dicimus, neque adorare consueuimus: laudamus autem eos potius summis honorib. Quod* equidem mirer, si quisquam citet pro cultu religioso. Imo illud, nego, Deos dicimus, neque adorare consueuimus, diserte eo additum est, ut excludatur cultus religiosus.

XIII. Nimiū dixisse Theodoretus, etiā Bellarmino visus est, li. 8. Therapeuticon. *Sive mortuos Dominus Deus nos ter in templo pro Diis vestris induxit: ac illos quidem cassos gloria, vanoq[ue] redditus suis a martyribus honorem illorum dedit. Quanquā non leguntur Graecē templa. r[ati]o[n]is p[ro]p[ri]e[t]atis v[er]itatis q[uod] dicitur eis ut sit q[uod] u[er]o dicitur. nō sicut in templo eius, q[uod] in templo dicitur. sed in templo dicitur q[uod] in templo eius. Suos mortuos Dominus loco Deorum vestrorum induxit: Et hos quidem dimisit inanes: illis vero eorum honore: trahuit. Nunquam n. martyrib. Tempa assignat: sed omnes duntaxat. Veruntamen, vt dixi duriusculum id vilum Bellarmino, & molliendū, his eiusdem libri verbis, *Nos nec hostias martyribus, nec libamina villa deferimus, sed ut Sanctos homines Deoq[ue] amicissimos honoramus.* Nec nos sane aliter censemus: nam honorare, *reverentia*, sive *laudes* vocabulū est generale: nec infert necessario cultū religiosū. Itaque non habet ex eo loco Iesuita, quod debuit aduersus Catholicos concludere.*

XIV. At Tertullianus de Corona militis, meminit celebrationis festorum in natalitiis martyrum. At qui primum hoc nihil ad rem. Neque enim sequitur religioso cultu adoratos martyres, et si in eorum natalitiis festa fuerint celebrata sed hactantum, eorum martyrum dies sicutile solemnies adorando Deo. Sic Theodoretus illo ipso. Therapeuticus, testatur *αρχειον της θεοτητος απόντων στομάτων μαρτύρων*, & πολλάκις φέρεις inquit, *επιστολήν που δέσποζεν τον μαρτυρικὸν ψάλτην φίλον* sapere d'ebus singulis, horum domino Hymnos cantamus: Non autem martyribus, ad quorum loculos id fiebat. Ex paulo ante Nyssenius Theodo dixit coegerimus tibi *μηδέν μητέρα σολιμένη* cœta in adoratores communē Deum. Eodem sensu Augustinus, de quo mox, dicit memorias religiosa solennitate celebrari.

XV. Secundo, dico à Bellarmino Tertullianum falso citari: neque illum festorum meminisse, sed tantum oblationum. *Oblationis*, inquit, *pro defunctis*, *pro natalitiis*, *annua die facimus*. *Quis* a. *nelcitaliud esse oblationes*, *aliud festa*: & illud *pro natalitiis*, *perperam vulgo intelligitur*, nimirum ut sensus sit, fieri oblationes *pro defunctis*, & *pro natalitiis*. At ego contra accipio, quasi Græce dictū, *avk lāz, zvθdāiw, non vero iōtēlāz, zvθdāiw*: quasi protestaretur, Christianos non esse imitatos Paganorum morem, in celebrandis natalitiis: sed contra potius, memoriam facere mortis. Nam certum postea in valuisse morem appellandi natalitia festum passionis Martyrum.

XVI. Maximi homiliae videre non licuit: nihil me tamen verba terrent à Bellarmino recitata, *Cuncti Martyres deo: si me percolandis sunt: sed spectat inter eis venerandi, quo um reliquias possidemus: Nam: neque deuotio religiosū cultū*

significat, sed animi sinceritatem, motumq; vehementem cuiusmodi esse sollet in iis, ad quæ nos religio mouet: nec quisquam peccet, qui à se dicat, patrem deuotissime honorati: nimis sic iubente religione. Venerari, & colligentes dicam vocabula esse latiora, quam ut Papistarum thesin, concludant. At Prudentius, stratum se dicit orauisse in æde Hyppolyti. Recte, inquit, sic n. solebant Christiani in ædib. id est, in membris Martyrum, inuocare Deum. Paulinus natali secundo longe inconsideratus Felicem vocavit Deum, qua excepta Catachresi, nihil est quod honoris nomine offendamus: quo sibi dictum, non videtur singulis versibus repetendum.

XVII. Hieronymus ad Riparium, *Honoramus seruos, vt honor redundet a
Dominum. Quod quidem cum bona Catholicorū veula, potuit discere: ne
fauere idololatris. Sed idem: Vale, & Paula, & cultorem tuum orationibus iuuā
Qua verba quid habent, quominus cultorem intelligamus viuentis? Ser
fus: orationibus tuis adiuua eum qui dum viueres coluerit. Et quanquam
Paulæ ad pedes Sanctorum, quos viuentes inuisebar, proutulæ, supersticie
se mulierculæ, non authenticum sit exemplum, tamen id ad religiōam ad
orationem non pertinet. Nam, quod negat ad cultum ciuilem Bellarminus
quia nobilissima fœmina nunquam rusticanos homines ciuiliter honorat-
ser tanta subiectionis significacione, friuolum est, vt antea de Regibus anno
tatum. Fallit enim homonymo: quasi ciuilis cultus is sit duntaxat, qui est à
causis mere ciuibus. Quum nos ciuilem dicamus formaliter, potius: qu
potest esse à causis religiosis, vt honos parentum, & eleemosyna in paupe-*

XIX. Veruntamen' idem in Psalmum 96. obiūcientibus Ethniciis , quod Christiani colerent Angelos, responderet similiter: & addit, *Vt in am̄ & v̄s il̄ os
colere velle ris; facile enim ab ipsis disceretur, non illos colere, id est, non colere
Deos, sed & Santos.* Imo varie Bellarminus peccat. Primo falsum refutari ab
Augustino Ethnicos obiūcientes à Christianis coli Angelos. Nam, instan-
torius contra eorum responsum, factam Christ anis increpatib. quod
dæmonia colerent, *Responset, non colimus mala dæmonia: An̄ elos, quos dicitis,
ipsos & nos colimus, virtutis Dei magni: & ministeria Dei magni.* Quid hoc
Bellarminianæ somniationis est mutantis Ethnicos confitentes se adorare
Angelos, in accusantes Christianorum factum? Secundo, quid illud est, *Simi-
ter responderet: An̄ illud de latria, & delia?* Falsum, nihil enim hoc loco de iis
Augustinus. Tertio, hæc verba: *id est, non colere & Deos, sed & Santos.* Aug-
ustinus non sunt, sed Bellarmini: et si continuerunt Augustini verbis, tum in e-
ditione Sartoriana anni 92. in superiori seculo, tum in Lugdenensibus anno
1. & 10. huius seculi. Quod moneo, ne cuiquam imponat: quomodo imposi-
tum est Richeomo, qui hunc eundem locum in eandem sententiam citat c.
7. de Sanctis, ridicule deceptus à Bellarmino.

XX. Ceterum, Augustinus non simpliciter optat Ethnici fieri cultores Angelorum, ut Bellarmin censet, & Richeomus expressit Gallice: sed ~~nam~~ ^{nam} ~~et~~ ^{et} nimirum ut minus malum: unde sperari posset sanitas. Nam, Ethnici ne-gabant se adorare malos angelos: immo potius bonos. At hoc Augustinus Rhetorico voto cludit: utinam verum esset vos colere Angelos: vel potius utinam vos a vestris dæmoniis recedentes, vellentis colere Angelos bonos. Quam ob causam, queris? Facile ab aliis disceritis, non illos colere. Nimirum hæc vis est argumenti: Si coleretis Angelos bonos, iij docerent vos non colere se. At non docent vos: Ergo iij quos colitis, non sunt Angeli boni. Itaque, hoc votum conuincit non esse colendos Angelos bonos: quod statim fit manifestum, subiecto ex nplo ex Apocalypsi.

Cap. V

De aliis argumentis pro adorazione Sanctorum

I. **N**ec plura Papistæ aut ex Scriptura. aut ex Patribus, sequuntur argu-
tiola quædam. Primo. Si honor ciuilis debetur virtuti, sapientia,
potentia,

Potentia, & nobilitati: Ergo honor plusquam civilis debetur supernaturali virtuti, sapientia, potestati, nobilitati. Sed Sancti quoad virtutes supernaturales, excellunt omnino, cum ferueant diuina charitate, & peccare non possint: & vident ipsam sapientiam incretam: & sunt Reges cœlorum, & participes ipsius throni diuini: & sunt filii Dei, re ipsa adoptione confirmata per gloriam. Igitur merito, iareque optimo, religioso cultu prosequendi sunt. Verba sunt Bellarmini.

II. Respondeo , Ciuilis cultus dupliciter intelligi potest : vel formaliter , vel causaliter . Ciuilis cultus formaliter , is est , qui in se re vera ciuilis est , & distinctus , immo separatus à religioso . Ciuilis cultus causaliter , qui quicunque tandem in se ipso sit , est tamen à causis mere ciuilibus . Potest enim cultus ciuilis formaliter , esse à causis supernaturalibus . Nam exempli gratia , Regibus Christiani obtemperant : obtemperant etiam infideles . Sed hi tantum politiae gratia : neque quicquam habentes præ oculis , præter potentiam illum regiam , cui ciuiliter subsunt : & ex iure municipali . At illi propter conscientiam : quæ longe transcendens potentiam regiam , iusque illud municipale , acquiescit in Dei ordinatione , à qua seit esse reges institutos . Sic amant parentes Christiani , amant & Pagani . At hi ex vi sola mīs φυσικῆς τεγμῆς , quæ etiam in belluis vires suas exerit . Christiani vero ex vi diuini mandati .

III. Quum autem honor sit ciuilis uterque , negatur ea consequentia , quæ adstruit , si dignitati ciuili debeatur honor ciuilis . Ergo dignitati supernaturali deberi honorem religiosum . Nam certum est , etiam dignitati supernaturali , deberi honorem ciuilem : id est , penitus distinctum , imo separatum , ab honore religioso . Probatur , quia fideles honorant inuicem , non ut homines tantum , sed ut fideles ac propterea , ob dignitatem supernaturalem . Exempli gratia , Lucas Theophilum , quem ~~x~~ ^{et} ~~artis~~ ^{et} vocat . Et quilibet Christianus suos presbyteros memoros mandati Paulini 5 . prioris ad Timotheum , Qui bene presulunt presbyteri duplice honore digni habentur . Et tamen neque Theophilus in Lucas , neque presbyteros Christiani , religioso cultu adorant , sed ciuili , sive officioso : nam vocabulus quibuscumque utaris , perinde est nobis , dummodo distinctio intelligatur à cultu religioso . Denique Augustinus , ut postea plenius videbimus , eodem cultu coli dicit Sanctos defunctos , cum viuis . At honor viuorum non est plusquam ciuilis . Ergo ne defunctorum quidem .

IV. Secunda argutia; Deus Sanctis honorem & gloriam promisit. Primi Samuelis 2. Qui honorificauerit me, glorificabo eum. Iohannis 12. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Ad Rom. 2. Gloria & honor omni operanti bonum. Ergo debetur eis honor: & certe non ab aliis, quam a nobis, qui illis inferiores sumus. Non conuenit autem mortuis honor ciuilis: Ergo religiosus illis debet.

V. Relpondo: primum, cum dicuntur Sancti à Deo gloriam habere, id intelligendū de statu illo in quē transferuntur essentialiter glorio: ppter quē similes dicuntur ei. Itaque honorificari à Deo, non est, effici vt ab aliis honorentur: sed in illo statu à Deo constitui: qui quidem eis constet, et si à nemine colatur. Exempli gratia: Glorificati sunt Abrahā, Isaac, Iacob, Moses, Dauid, reliqui, atque adeo honorificati à Deo: quo s tamen nemo colit apud Papistas, quise solos dicunt Catholicos. Secundo, negatur, vt prius, mortuis non conuenire, cultum ciuilem. Nam ipsa Virgo Maria sibi eum vendicat Luca 2. Beata am me predicabunt omnes estates,

VI. Tertia argutia: Si Sancti administrant hanc mundū, ergo sunt reli-
giole colendi. At prius verū: Ergo & posterius. Sic argumentū formauit quo
mihi Cotonus olim persuadere voluit colendos Sanctos: Probabat assum-
ptū. Primo, à cōparatione domus regiæ: in qua rex ipse non omnia per se i-
psū proceret. Nō est inquietebat, domus ista nostri Solomonis adeo parum
magnifica, regiave. Nō est, vt in ea rex ipse vnu ardēlio sit: per se omnia cu-
rans, administransque: famuli cōfusi, sine ordine vlo, sine vi efficientiave,
semisomni & inertes, cōsertisque manib. proxime à rege expectēt sibi aliisq;
omnia Secundo, Si nullā habent rē humana rū procuratiōne sancti aut ad
ministratiōnem demandatā, cur eorum dicitur nimis confortatus esse prin-
cipatus: Psalm. 39. Si neminem tuentur, cur gladij ancipites in manibus eo-
rū: Pl. 109. Si stuprūs sūt facuri, cur aliis supra quinq; ciuitates cōstituitur Luc. 9.

VIII. Secundo nego consequentiā. Nā certum est per causas naturales, ēt per cœlestes influencias, per hominū viuētiū ministeriū, à Deo mundū hūc administrari, & tamē nō debere aut causas naturales, aut cœlestes influētias, aut homines viuos religiose adorati. Nec Israēlitę vñquā eo demētix p̄cipitārū, v̄r̄ muscas, & ciniphes, & ranas suā viderint procuratā ex Ägypto liberationē. Nec memini vllos diuinos honores Gedeoni concessos, per quē Madianitarū tyrānis cōpresa fuit. Et quis nescit multa maximaq; per Angelos procurari ad salutē fidelium? Et tamen eorū *procuratio* Paulus improbat ad Coloss. Paulus quantumuis sedulus in promouenda salute hominum, tamen sibi diuinos honores deferri indignatus est. Denique Augustinum audi c. 55. de Vera Religione. *Non sit nobis religio, vel ipsa perfecta & sapientia rationalis, siue in ministerio eiusmodi, siue in ministerio partium stabilitatis.*

IX. Tertio, negatur assump^tum, quia de Sanctis sermo sit vita functis.
Per hos n. nego mundum administrari à Deo. Et primo, quam importuna
lla comparatio domus regiæ? Quasi nobis liceat pro arbitrio quidlibet i-
naginari, tum Diuinæ maiestati imputare! Quasi non sit hoc inductum à re-
gibus ad supplendum propria infirmitatis defectum! Quia enim omnibus
ebus adesse non possunt, ideo ministros habent plurimos. Hoc vero, quam
Deo indignum? Quasi denique, si quicquem tribuendum huic analogiæ,

non satisfaciant Angelorum ministeria! Non sequitur ergo, si omnia sunt in cœlis, id est, in domo Dei, ordinatissima, Sanctorum animas hunc mundum curare. Atque haec consequentia tanto severius ableganda est ab Ecclesia, quanto certius constat, fonte esse immanis illius superstitionis, quæ Sanctis defunctis singulis sua munia distribuit: vt Eligius fabris præsit carminatorib. Blasius, sartorib. Lucia: aurigis, tres Reges: fabris lignariis, Iosephus, nauigantib. Nicolaus: parturiētibus, Margareta: hydropib. Eutropius: ophthalmicis, Clarus: furentibus, Maturinus: scabiosis, Lazarus: peste afflitis, Rocus: renouata omnino, aucta etiam, veterum Idololatrium infania.

X. Quorū autem principatus confortatus, ex Ps. 139. Non is locus corruptissimus. Nunquam Hebrei **WN** principatum dixerunt. Itaque sancti summam interpretantur. Et adiungunt, non de sanctis prophetis loqui, sed de Dei cogitationibus, et alias obseruatū. In 149. primo, de sanctis vita functionibus nulla mentio: Secundo, gladios anticipates Augustinus interpretatur *Verbum Dei, in ore fidelium: quem plerique sequuntur sunt interpres, teste Lorino. Theodoretus mauult esse prophetiam de victoriis Maccabaeorum. Bellarminus futurum in nouissimo die yniuersale iudicium, in quo orbem iudicaturi sunt sancti. Non accommodate ad institutum Cotonii.*

XI. At pollicetur Deus se constitutur Sanctos, super decem, super quinque ciuitates. Intelligo. Sed eo significari administrationem rerum humana-
rum, negatur: quantumuis audacter afferat Salmero. Nam, id futurum Christus dicit, tunc demum cum redierit ex eo regno, quod posse sum abiit. Atque eum redditum constanter omnes Veteres interpretantur de postremo iudicio. Augustinus, Quæstionum Euangelicarum lib. 2. c. 46. Redit, inquit, accepto regno: quia in manifestissima & eminenissima claritate venturus est, quis eis humilis apparuit. Sic Athanasius in explicatione Parabolarum. Theophylactus, Euthymius, Zacharias, Maldonatus in Matth. 25. Non est in specie, sed in genere, ad rem significans am accommodandum. Nec enim sensus est fore, ut in caelo homines aut ciuitatibus, aut ulli omnino officio praescientur: sed hoc tantum fore, ut pro suis meritis premia alijs maiora accipiant, alijs minoria: sed ex consuetudine aut Christus, aut Euangelista, non verba, sed fons Christi exprimens, dixit, est super decem ciuitates, quia de rege loquebatur & regum consuetudo est benemeritos viros gubernando praescire ciuitatibus.

XII. Postremo assertur Papistæ, de non colendis Sanctis veterem fuisse hæresin, Eustathij apud Socratem lib. 2. hist. cap. 33. Eunomij & Vigilantij apud Hieronymum: Claudij Taurinensis apud Ionam Aurelianensem: Vicensi apud Thomam Valdensem, tom. 3. de Sacramentalibus titul. 13.

XIII. Verum hic præter mendacia & calumnias, nihil est. Nā Eustathio quidem cum Socrates, tum Augustinus, tum Concilium Gangrense multa imputant in consuertudine Ecclesiæ mutata, vt nuptiarum prohibitionem, abstinentiam à cibis, peregrinarum vestium usum, & similia: sed de cultu Sanctorum altum silentium. Atq; adeo Prateolus in Elencho, hunc ei articulum imputans, nullum laudat authorem.

XIV. Eunomiū Hieronymus contra Vigilantium autorem taxat eorum, qui reliquias martyrum riderent. Id a. præter Hieronymum, saepe iratum magis, quam religiosum, nemo vñquam dixit. Sed quid nos? Nam si non sint irridendæ martyrum reliquiae, non sequitur tamen esse religioso cultu prosequendas Quod si se, siue Eunomius, siue Vigilantius intra hos terminos continuissent, damnassentque dum taxat eorum ament iam, qui honorem Sanctis debitum, conuerterebant in idololatriam, tum illi sane Hieronymum aduersarium non habuissent. Si autem eo processerunt, ut etiam contemnedos Sanctos docuerint, merito damnati fuere. Sed quid id ad nos?

XV. De Claudio Taurinensi, non est quod valde pugnemus. Immanis Christianorum lapsus in Creaturarum venerationem, potius eius atque aliorum etiam pietatem commouere, ut ne tantum in Ecclesia dissimularet errorum. Certe Ionas Aurelianensis, fatetur ei occasionem datam, ex superstitione, ac perniciosa imaginum adoratione, quae in plebe inualuerat: cui quis credat non additum nimium ipsorum Sanctorum cultum? Itaque apparet Claudium pie docuisse: sed eos, in quibus nimia erat erroris efficacia, contra insanisse, & hereseos damnasse, cui potius bene monenti parere debuerant. De Viclefo non dissimile iudicium.

C A P. VI.

Catholicorum argumenta è Scripturis.

I. **A**Tque haec tenus Papistarum argumenta .Catholici contra disputant, sed eorum priusquam demonstrationes colligo ; Bellarmini calumniam detergere me oporteret, qui Caluino hoc argumentū impingit. Duplex est honor: unus civilis, alter religionis. At neuter Angelis, aut Sanctis competit. Ergo nullus. At qui nunquam Caluinus, aut Catholicorum quisquam, inuenietur ita argumentatus. Quod mouisse satis esto : ut Bellarmini, et le-
suitarum religionem agnoscamus.

II. Prima, potissimumque, ut semper, Catholicorum argumenta à Scripturis sunt. Deut. 6. iehoum Deum tuum timetis: & eis seruies: & in nomine eius iurabis. Quem locum Dominus noster Matthæi 4: non simpliciter recitat, sed cum pondere, Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illis soli seruies. Si solus Deus adorandus, eique seruiendum soli. Quid Angelis? quid Sanctis superstes?

III. Respondent locos intelligendos de latria: non autem de dulia. Ratio prima: quia Graece habetur λατρεύεις. Secunda, quia Augustinus, qu. 61. super Genesi, annotauit ideo non esse dictum, Iolum Deum adorabis, & illi soli seruies: sed Deum adorabis, & illi soli seruies: quia adoratio conuenit etiā creaturis: at non seruitus latriæ.

IV. Sed non euadunt vim argumenti, Probamus distinctionem latræ, & dulræ: consentimusque locos intelligendos de latria. Sed ita, ut latria sit cultus religiosus, dulia autem cultus sine civilis, siue officiosus, siue alter nominare malis: dnmmodo alterius generis à religione. Itaque Augustinus lib. i. de Trinitate cap. 6. cum modum, quo iubemur per charitatem ferire inuicem, distinguit à latria: & secundum hanc dictum obseruat Domum Deum tuum adorabim, & illa soli seruies. Huic sententia libenter acquiescent Catholicæ: tòr quentque in Papistas.

V. Quod in vocabulo λαλέσεις vim faciunt, inepti sunt: cū iam conuenit vocabulum esse medium. Adde Hebraice legi verbum יְמֻעָה, quo significatur

ficiatur tum *λαδεύσας*, tum *λαργάσας*. Ad Augustinum quod attinet; et si non improbat eius sententia; Tamen subtilius ille sane Grammaticatur. Nam in Deuteronomio; quomodo dictum, *Dominum tuū adorabis*, sic dictum: & *et seruies*, neutrobi addita vocula *soli*. Quid ergo? Ante Christum, quisquam inferret neque solum adorandum, neque soli seruendum? Minime vero. Sed priorum intellectus est, deberi soli Deo utrumque. Itaque quandoquidem Christo doctore scimus, *Eis seruies*, intelligendum *soli seruies*: necesse est etiam, *eum adorabis*, intelligi *solum adorabis*. Non ex vi vocabuli: sed quia in eodem genere cultus intelligenda est adoratio cum seruitate.

VII. Cyprianus in exhortatione Martyrum. *Quod Deus solus colendus sit*, scriptum est in Deuteronomio: *Dominum Deum tuum adorabis*, & illi soli seruies. Similiter Iustinus Apologia 2. dicit: *τὸν Θεόν μόνον τὸν διονυσίου θεόν μόνον τὸν καταπληκτικόν εἶναι*, *Κύριον τὸν Θεόν τούτον αποκαλεῖντος, καὶ τοῦτο μόνον λατρεύειν*. Quod Deus solus sit adorandus, sic docuit: dicens, *Maximum preceptum est, Dominum Deum tuum adorabis*, & illi soli seruies. Athanasius Dialogo 3. de Trinitate *αποκαλεῖντος αὐτὸν, τὸν αὐτοκαθολόποδα, τὸν δύο Θεοὺς παραπομένοντος, τὸν αὐτὸν μόνον λατρεύειν*. Neg. adorantes eum, alienum Deum adoramus: neg. duos Deos, scriptum est enim, *Dominum Deum tuum adorabis*, & illi soli seruies. Quid ineptius, non intelligendus Deus solus adorandus, & quae ac solus seruendus?

VIII. Paulus ad Romanos 1. Gentes reprehendit, quod *τοτέ θεούς τὴν κτίσιν τῷ θεῷ τὸν κτίσαντα*. Prater Deum, coluerint & seruierint creature. Vbi magnum est verborum pondus: primo quod non tantum *τοτέ θεούς* sed etiam generalius; *τοτέ θεούς τὸν κτίσαντα* coluerant: Deinde quod *τῷ θεῷ τὸν κτίσιν*, quæ phrasis, et si potest verti, supra creatorem, sive magis quam creatorem, vt Luca 13. *τῷ θεῷ τούτῳ αὐτοῖς πλειστοῖς, plus omnibus hominibus*, potest etiam reddi & quidem facilius *prater creatorem*, hoc est, vt coluerint non creatorem tantum, sed creaturem insuper: quomodo prioris ad Corinthios 3. *τῷ θεῷ τὸν κτίσαντα πρετερα id quod possumus est*. Et ad Galas 1. *μηδὲ διαγεγνωμένου, πρετερα id quod euangelizauimus*. Et quanquam illa notio magis placuerit Syro interpreti, & Latino, & Beza, & aliis quibusdam, quorum autoritati non est nihil deferendum, nihilominus liberum est ab iis discedere, salua eorum dignitate. Videtur autem longe plus futurum ponderis Apostolicæ reprehensioni, quæ alias non omnes attingeret, sed eos tantum, quibus nulla omnino Creatoris cognitio. Non est enim verisimile, quosdam eo prouipisse, vt quem putarent conditorem, cum colere nollent, imo ne quidem in animum induci potest.

VIII. Et esto quidem sane cuilibet suum liberum iudicium. Verum tamen Origenes non aliter, quam nos, contra Celsum lib. 7., cum diceret Personas adorare Solem, & Dei creaturas, *απόγειαν*; inquit, *καὶ μή απόγειαν τετραγωνοπόσις μή λατρεύει τῇ κτίσιν τῷ θεῷ τὸν κτίσαντα*. Quod nobis prohibitum est, edocet non seruire creature, *prater creatorem*. Athanasius, oratione brevi contra Arianos, eos, qui Christum purum hominem adorabant reprehendi à Paulo. Et contra Arianos oratione 4. Cur se Ariomanitæ non annumerantur grecis. Illi enim *τοτέ θεούς τὴν κτίσιν τῷ θεῷ τὸν κτίσαντα* mē πάντας Θεόν.

IX. Paulus 2. ad Colossenses, *Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum*. En tibi, *τροποίας αὐτῶν, religionem Angelorum*, à Paulo numeratam inter seductions. Religionem autem eam scilicet, qua coluntur Angeli. Itaque Syrus Interpres, *ut subiectiamini cultui Angelorum*.

X. Bellarminus soluit argumentum capite vigesimo de Sanctorum Beatitudine. Et Costerus in Enchiridio. Paulum dominare hæresin Simonis Magi, qui Platonicos sequutus docuit, quosdam Angelos adorandos, quasi minores Deos, qui & mundum fabricarunt, & per Prophetas loquuti sunt, nec posse illum placare summum Deum, nisi per hos Angelos. Testibus, Irene, lib. 1. c. 20. Tertulliano de Prescriptionibus: Epiphanius in Simonianis. Et ita locum explicatum à Chrysostomo, Oecumenio, Theophylacto. Ambrosium autem ad eos rerulisti qui adorant stellas. Hieronymum, quæst. 10. ad Algasiam pugnasse reprehendi eos qui sacrificabant Angelis.

XI. At primo falso est, quicquam eiusmodi traditum a Simone Mago: vt docet Baroniust tom. 1. ad annum sexagesimum § 17. Nec sane quisquam Veterum id ei impingit. Atque adeo falso citatur Irenæus, Tertullianus, Epiphanius. Quo factum, vt Baroniust malit verba Pauli de Cerintho interpretari: quem ait extulisse Angelos supra Christum. Sed ne hunc quidem dixit quisquam docuisse angelos adorandos, aut eis sacrificandum. Et Baroniust, quam ridiculum se paret, quum illud *in humilitate*, interpretatur de diginate Cerithi, qui de Christo sensibarie & tissime, scilicet acuminè magno fuerit opus ad hoc commentum traducendum. Sed vere nesciunt Papistæ quo se vertant: itaque suis somniis indulgent: leuisimisque, adde, inepissimis coniecurtis, huc illuc vertiginosè rapiuntur.

XII. Nihilominus sive Simon, sive Cerithus, sive alius quispiam ita docuerit, concedimus eam hæresin damnari. Quid-ni enim? quum omnis Angelorum *ὑποτελεία* damnatur? Sed nullam aliam damnari hæresin præter Simonis: hoc vero quis ausit dicere? Imo quis Paulum credat adeo infantem; vt si quandam Angelorum *ὑποτελεία* parasset non tantum permittendam, sed etiam (quod Papistæ faciunt) commendandam; vniuersaliter tamen *ὑποτελεία* damnaret? Itaque Chrysostomus, Oecumenius, Theophylactus, non male etiam Ambrosius: non male Hieronymus. Tantum non plene finguunt. Imo quia Simoniani non sacrificabant Angelis: Ergo ex Hieronymo constat, non solos Simonianos à Paulo reprehensiones: & ex aliis, non solos eos qui sacrificabant. Ideoque omnino *ὑποτελεία* intelligendam generaliter pro cultu religioso, quo Angelos aliquis voleret colere; quicumque tandem ille sit.

XIII. Ideo Theodoretus in eum locum sic commentatur, *Qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes suis legem per eos datam: Mansit autem diu hoc vitium in Phrygia, & Pisidia. Quocirca Syndodus quoq; quæ conuenit Laodicea, quæ est Phrygia metropolis, lege prohibuit ne precarentur Angelos. Et in hodiernum usque diem, licet videre apud illos & sororum finitimos oratoria sancti Michaelis. Quibus verbis nihil disertius. Constat enim eos ab Apostolo improbatos: qui dicent Angelos colendos: atq; hos legem defuisse: quod de Simonianis, & Gnosticis dici nequit. Itaque varie Theodoretum Papistæ conantur cludere.*

XIV. Bellarminus, sensisse dicit de Simonianis, qui dicebant Deum apprehendi non posse; sed per Angelos esse placandum: quod confirmat ex Con-

Tom. II.

cilio Laodicensi; quæ non damnatur quælibet reveratio atq; clorum, sed ea quæ Deo propriæ est. *Ad Angelos idolatria abominanda congregaciones, facere*. Quod autem Theodoretus de oratoriis dicit S. Michaelis: duobus modis intelligi posse. Vel hæreticos ad sacrificia ea oratoria, vt cum colerent secundum hæresin Simonis, sacrificando: Vel, templo ab hæreticis exstructa ad sacrificandum malis Angelis, esse a Catholicis conuersa in oratoria S. Michaelis: vt alia factum appareret ex Theodoreti libro octavo de Martyribus; & Romæ ita templo omnium Sanctorum: & Cosmæ at Damiani.

XV. At Baronius Theodoretum negat feliciter assequitur esse Pauli sensum: quum dixit scripsisse aduersus quosdam hinc gravantes hæreticos, qui Angelos colendos assererent. Et adhuc grauius, quæ dixit Laodicensis Concilium sensisse eisdem erexit S. Michaeli Archangelo oratoria ac incaute nimis, quæ à Catholicis essent antiquitus constituta, hæreticis tribuisse. Argumenta. Quia à Cherinthianis nullum fuisse eiusmodi erectum oratorium consterat. Namis Deum Iudæorum dixit esse Angelum. Quod non potuit dicere, nisi de Michaeli. At eundem Deum, malum asseruit Ergo ei oratorium nullum struxit. Præterea, Angelos venerari non hæreticorum fuit, sed Catholicorum, qui presenti in honorem Sancti Michaelis, memorias erigere, illumque precari, vt & cæteros consueverunt. Tertio, certum est Colossis, sub Laodicensi Metropoli, antiquum viguisse cultum Michaelis: testibus Menologio Græcorum: Emmanuel in constitutione de Feris: Metaphraoste.

XVI. Sed contra Bellarminus. Non potuit Theodoretus de Simonianis sentire; qui nullam docebant Angelorum *ὑποτελείαν*, vt jam dictum. Es insuper à Iustiniano disputatum. Certum autem non quamlibet Angelorum venerationem prohibitam: sed tantum eam, quæ Deo propria est: sed id significat quum Angelus adoratur cultu religioso. Hunc autem errorem eundem esse quenam Papistæ admittunt: quem nos reprehendimus; docet statim, id quod de oratoriis sancti Michaelis annectitur. De quibus quam frustra laboret Sophista? Vel enigm constructa dicit ab hæreticis; ad sacrificandum Angelis, juxta Simonianos. Quasi id de Simonianis somnium, repetendo sibi mutandum sit in rem gestam. Vel constructa ab hæreticis, dico atque malis Angelis; postea à Catholicis consecrata Sancto Michaeli. Quasi paulum quid inter cuculum distaret & aquilam. Quasi, inquam, non essent Theodoreti verba perspicua. *Licet videre, inquit, apud illos oratoria sancti Michaelis*. Quos illos? Catholicos-ne? Imo eos, apud quos in Phrygia & Pisidia mansit hoc vitium. Quid igitur juuat strophas necesse? Atqui indignum est Christiano abutri aliorum patientia.

XVII. Sed erat nimis aliud sublimius, subtiliusque à Baronio expectandum: magno illo totius antiquitatis helluone. Quid igitur? Allucinatum Theodoretum. Optime: sic enim cornicium oculos liber configere. Quæ quæ Theodoreti tempore siebant, nec procul ab eius sedibus; hodie Baronius noverit melius. Si nos id peccatum peccaremus, Deus bone, quis feret? At non tantum hæretici sunt Papistæ, sed etiam *μεγαλοπότεροι*; atque adeo *αὐθαδέσ*. Atqui primo non dixit Theodoretus Synodum Laodicensam intelligendam de iis oratoriis. Sed tantum vt doceret non otiose eam de Angelorum idolatria ioquatum, ostendit, non olim tantum, id est, quum Syndodus illa congregata est: sed etiam postea, id est, tum temporis, quum hi Commentarij scriberentur, eam inuocationem Angelorum vig. iste Secundo, falsum ea oratoria à Catholicis ercta fuisse. Nam quid tum, si Cherinthus, non crexit, aut Cherinthianus? Nulli ne ergo alij potuerit ridiculum. Angelos venerari, concedo Catholicorum esse: sed eisdem oratoria construere, vicissim dico non esse nisi hæreticorum. Quod si aliquando apud Colosenses factum: næ illi negligentissimi fuerunt Apostolicæ doctrinæ. Et credo factum: sed sero: itaque testes Baronius habet recentissimos: Menologium, Immanuel, Metaphraoste: nullos antiquos. Qui autem ex eorum relatione venabatur ritus Apostolicorum temporum, næ ille strenue insinuat.

XVIII. Apocalypses 19. Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum, sed dixit mihi. Vide te feceris: conseruus tuus sum, unus ex fratibus tuis, qui habent testimonium Iesu. Deum adora. Idem repetitur 22. Adorabat *απεριτέλλειν* Ioannes Angelum. Angelus negat faciendum: & quidem redditio ratione, quia conseruus esset. Quasi diceret: Nullus seruus Christi est adorandus. At Angelus est seruus Christi. Itaque non adorandus. Similis locus Actorum 10. Cum introiret Petrus, occurrens ei Cornelius, & accidens ad eius pedes, adorauit: Petrus vero erexit eum dicens. Surge: & ego ipse homo sum. Itidera vt Angelus, etiam Petrus adoracionem sibi oblatam respuit: addita similitatione, quia homo esset. Nullus homo debet adorari. Petrus est homo. Ergo Petrus non adorandus.

XIX. De Angelo, varie respondent. Costerus, negat sequi, venerationem non esse exhibendam Angelis: sed tantum eo pacto, quomodo Ioannes adorare statuerat, nempe diuino honore: auctoriis Athanasio oratione 3. contra Arianos. Et Augustino, de Pastoriis cap. 8. Astalij diligentius. Distinguunt Angelum à Ioanne adorandum esse, vel quia putaret Deum, vel quia Angelum agnosceret. De priori membro Bellarminus pronunciat, recte fuisse Ioannem reprehensem. At Rubenus, recte adorasse secundum suam estimationem. Richeomus, non male fecisse quod Angelum adoraret vt Deum: & tamen recte prohibitum ab Angelo, qui ostendere voluerit se non esse Deum. In altero membro consentiunt Bellarminus, Richeomus, Rubenus. Si Angelum Ioannes adorauit: ergo Angelos adorare licet. Probant consequentiam ab auctoritate personæ. Erat Ioannes Apostolus: & tantus: tam charus Domino, tanta Spiritus Sancti gratia perfusus: & multa in hanc partem.

XX. Nos instamus: & primo ad Costerum: Fatemur diuinum tantum honorem prohiberi Angelis deferendum. Sed hunc honorem religiosum esse contendimus: ac proinde certam consequentiam esse, ex hoc loco, non deferendum esse Angelis; ac proinde ne Sanctis quidem, honorem religiosum. Et sic Augustinus, quem Jesuita fraude Jesuita citavit: *Angelus multa diuinata, & mira ostendens homini, ab homine adorabatur, tanquam levante oculos in monte*. At ille à se reuocans ad Dominum: Noli, inquit, face: Illum adora. Sed multo luculentius Athanasius contra Arianos Oratione 3. quem nos locum postea pleniuss recitabimus. Non enim distinguunt Athanasius, videri vult Costerus, sed cum *εποντας* pronunciasset creaturam à creatura non adorandum; ne quidem superiorem gloria: inducit exempla Cen-

III L. tario-

urionis, & Ioannis, ac tum insert: εκεῖ Θεοῦ εἰς μόνη τὸ προσωπεῖον: Ιτά-
que solius Dei est adorari. καὶ τέτοιος καὶ αὐτοὶ ἀγέλεις ὅπερ καὶ αἱ λύραι δῆ-
μοι τοιχίσαντες, ἀλλα κτυμούσαι πάντα εἰσὶ· καὶ εἰς τὰ προσωπεῖα
φύρων αἱ λύραι τὰ προσωπεῖα τὸ δεῖπνον: Hoc sciunt εἰς ipsos Angelos.
Nam et si alij alios (Nannius tamen legille videtur αἴδοις, non αἱλοῖς λοιποῖς)
gloria superent, sunt tamen omnes creature: neque sunt inter eos qui ado-
rantur: sed inter eos qui adorant Dominum. Contentit Cyrillus Thesau-
ri libro 5. capite 1. Creatura nulla se patitur apud Scripturam adorari, nisi
qua seipsum ignorat. Beatus enim Petrus, cum vidiisset ad adorandum se Cor-
nelium parari, Nolifacere, inquit, nam ego quoque homo sum. Similiter An-
gelus in Apocalypsi, ad Ioannem dixit: Caeue ne facias: conseruus enim tuus
sum.

XXI. Quod ad distinctionem attinet, negamus primum mem-
brum, hoc est, Ioannem putasse illum Angelum fuisse Deum. Nihil
enim est in Apocalypsi, unde id euincatur. **Quin** potius ipse Ioannes eum
diserte, constanterque Angelum appellat. Proinde consentit etiam Richeo-
mus alteram partem esse verisimiliorum. **Tum**, etsi ita Ioannes putaret:
tamen ineptissime Rubenus, Richeomusque pronunciant, rete ab eo fa-
etum. **Quem** enim inquam error in religione absolutus? Disertum autem
mandatum: *Non habebis Deos alios coram me: id est, neminem alium, quam*
me pro Deo habebis. Et quo jure ergo reprehensus fuisset ab *Angelo?* Ni-
mirum, inquit Richeomus, ut se Angelus ostenderet non esse Deum. Imo
contra disertus locus. Non enim retegit adorationem; ut se ostenderet An-
gelum: sed potius, ostendit se esse Angelum, id est, seruus Christi, ut reii-
ceret adorationem. Nam conclusio est: *Deum adora.* Augustinus 20. con-
tra Faustum cap. 21. In Apocalypsi legimus Angelum se adorari prohibentem:
et dicentem adoratori suo, *Conseruus tuus sum et fratribus tuorum.*

XXII. In altero membro, mira est ingenij peruersitas. Adorauit Angelum Ioannes. Ergo Angelos licet adorare. Quasi quis diceret: Abnegauit Christum Petrus. Ergo Christum licet abnega. Petrus subdurit se à Gentibus in Iudeorum gratiam: ergo idem licet. Quo prætextu, quæ non peccata queant excusari? Incestuosi Lotum cur non obtendant? Ebriosi, Noachum: Adulteri, Dauidem? Idololatræ, Solomonem? Ita scilicet Papistæ sapient! At magnus vir Ioannes. Esto sane. At Ioannes ab Angelo reprehensus. Ergo etiam magni viri possunt interdum reprehendi. Et si possunt reprehendi: certe non semper sunt imitandi. Nulla igitur consequentia est. Ioannes adorauit Angelum: ergo Angeli sunt adorandi.

XXII. Sed de reprehensione, quid habent quod dicant? Primo, quia forte Angelus sic apparuit, ut potuerit existimari Christus: nam dixerat capite primo, Ego sum primus, & nouissimus: fui mortuus, & ecce sum viuus. Ideo corrugendum fuisse adoratorem: non propter errorem adorationis: sed propter errorem personæ. Atque ita docere Augustinum, quæstione sexagesima prima in Genesim. Secundo, Angelum prohibuisse, ob reverentiam humanitatis Christi. Nam ante adventum Christi, Angelos se adorari passos: at postquam Deus homo factus est: hominibus in Christo adorare coepisse, neque voluntate ab hominibus adorari præcipue apostolis, aliisque summis viris. Ita Bedam docere, & Anselmum, & Ricardum, & Rupertum, & Gregorium.

XIV. At prior solutio saltem incerta est: titubanter enim proponitur. Quod in tanto ridiculum non esse non potest. Deinde nititur argumento levissimo. Quid tum enim, si primo capite legitur, Ego sum primus & no- uissimus? At non eadem visio describitur cap. 19. & 22. Atque adeo in his, dicitur is qui apparet, Angelus. In primo autem capite, nulquam: & consentiunt Veteres fuisse ipsum Christum. Deinde, quid juuat extra carcerae currere? Nam diserte Angelus addit, non tantum se conseruum esse: sed etiam, Deum adora: quo non error personæ indicatur: sed error adoratio- nis, contra quam isti putant. Nec Augustinus dixit ita apparuisse, vt posset existimari Christus: sed ut pro Deo posset adorari: hoc est, religio lo cultu.

XV. In altera solutione, mitto Gregorij, Bedæ, Anselmi, Ricardi, Ruperti autoritatem ; recentiorum, quam viri in re tanta nominari debeant, cum omnes vixerint, partim circa idolatriæ Christianorum initia, partim post eam confirmatam. Rem ipsam prius consideremus. Primo falso, Angelos permisso se adorari ante aduentum Christi : nisi quomodo homines adorari dicebantur, id est, ciuiliter. Si enim adorati sunt ab Abrahamo, & Lotu, putantibus esse homines. Quo refertur illud ex decimo tertio ad Hebraeos, quidam in seculi excepterunt Angelos hospitio. Quanquam hac de re plura sunt disputata capite quinto. Oigenes contra Celsum libro 4. τοὺς δὲ τῷ σεαυτῷ ἀγράποις ἐδίει τὰς δυνατότερας Μανύτοις νόμου προσωπαῖς. Angelos caelestes nemo eorum qui seruiunt legi Moysæ, adorat : ὅμοιας δὲ τοῦ προσωπουντοῦ θεοῦ οὐ σελήνη, καὶ τοὺς αἰσθέας, τοὺς ισχυρούς εἰσεγένεται πίστη την Επιστολὴν οὐ γενορχεῖ τοὺς δι αὐτοῦ οὐγέλλεται. Atque auerfantur caelos adorare, & caelestes Angelos, ac Solem, Lunam, Astra, ornatum celi.

XXVI. De Centurione, dicunt cum S. Hieronymo contra Vigilantium: Cornelium aliquid diuinum in Petro inesse putauisse: & ideo jure correctum: Vel cum Chrysostomo, Cornelium pie Petrum veneratum: sed Petrum ex modestia eum honorem, qui alioqui sibi debebatur, resulasse.

XVIII. Nihil istis fatilius, qui quocunque prætextu, quantumlibet tenai, putant se veritati illusuros. Atqui, primo, mentiuntur de Hieronymo: non enim dixit, Cornelium putauisse inesse aliquid diuinum Petro: Sed quum docuisset Paulum & Barnabam noitisse sibi, sub gentilitatis errore honorem Deo debitum deferri: *Quod & de Petro legimus.* inquit, qui Cornelium se adorare cupientem, manu subleuauit & dixit: *Surge: nam & ego homo sum.* Non igitur de personæ qualitate Hieronymus agit; vt vult Bellarminus: sed agit de ipso cultu, qui ei deferebatur. Et tamē, quid sibi vult Bellarminus? Censet-ne absoluī Idololatria criminē, quicunq; adorat quēpiam cultu religiosos, dummodo in eo nihil diuinū inesse cogite & Monstrum imaginationis. Non enim potest quicquam adorari cultu religiō; nisi in eo aliquid diuinū cogitetur. Et quid sunt, quæso, dotes illæ supernaturales, quibus respoudere contendebat ipse Bellarminus duliam; si non sunt aliquid diuinū? Aut vis ipsa miraculorum, ob quam maxime Sancti canonizantur apud Papistas; quid est, si non est diuina?

XVIII. De Chrysostomo simile meddaciū. Cum Chrysostomō, inquit, dicimus Cornelium pie Petrum veneratum. Cum Chrysostomō? At hoc Chrysostomus nullus dixit Tantum dixit. **Ἐ** ποιεῖ τὸ πικέναις αὐτῷ δημιουρός καὶ παρδόλων τοὺς ἄλλους. **Hoc** facit suam humilitatem ostentans: **Ἐ** alios erudiens. Intelligam libens quoniam sit in his verbis solutionis pondus. Sed enim non nego modeste Petrum fecisse. Imo insolenter dico faulē facturū, si adorationem admisisset. Quod si modestiam appellant, dissimulationē autem illiciam: quā & simulat πικέναιφερούσις; & dissimulat πορπάθειαί σειαν, nā illi nobis Petrum, sic pingunt, quomodo solent Virginem Mariam, castitatis, pudorisque exemplar, in templis suis ornare eodem aparatū, quo vtuntur prostitutissimi pudoris scorta. Egregium confirmādē idolatriæ compendium! At quanto præstaret sanam mentem inducere? Sed enim, et si Petri modestiam laudavit Chrysostomus, tamen Centurionis pietatem in adorando Petro non laudauit Chrysostomus.

C A P. VII.

De Testimonis Veterum.

I. Scripturæ subseruiunt Veteres, quorum vnum, aut alterum, vel certe tertium, Bellarminus vafie fixit à nobis testes nominari: magno sui laboris compedio: at non causæ emolumento. Quid enim iuuat disimulare, quū non sis soluendo? Nos igitur, dicitissima enumerabimus Veterum testimonia. Et primo, quæ docent solum Deum adorandum.

II. Iustinus apologia 2. ὡς καὶ τὸ Θεῖον μόνον δὲ εἰσαγωγήν τοις ἔπαινοις, εἰπάντων. Μηδὶν αὐτοῦ εἰσιν, Κύριος τὸν Θεόν σὺ προσκυνήσθε, καὶ αὐτῷ μόνῳ λαργεύσθετος. Deum solum calendūm esse, ita suafit, dicens: Maximum mandatum est: Dominū Deum tuum adorabis, atq; illum solum coles. Et post: οὐτε Θεῖον μόνον προσκυνῶμεν, οὐτε τὸν θεόν ταῦτα καὶ ταῦτα προσκυνεῖμεν. Proinde nos, Christiani, solum Deum adoramus, & vobis, Imperatoriis, in rebus aliis leti seruimus. Et in simili opere similiter Tertullianus, Apologeticus c. 17. Quod colimus nos, Deus unus est.

III. Origenes, contra Celsum libro I. ποστός οὐκέτι τὸν πάντα Θεόν,
ηγή τὸ διδάσκοντα τὴν πονηρὸν δίαιταν σέβειν. Καὶ διὰ λοιπού, ὅτι ὁ μὲν θεός, ἡ δὲ ὄρμη μόνον,
ἡ πομπὴ αἰχνεῖ, εἰ μόνη τὸ προσκυνήσων καὶ τὸ βασιλεῖσθαι παρεγένεται; Quomodo non credan-
dum potius summo Deo, eique qui docet, hunc solum adorandum: reliqua, vel
quia non sunt, vel quia sunt quidem, ac proinde honore digna, at non adorations
et cultu, pratermitenda. Idem libro 5. prolixè vindicat, tum Iudeos, tum
Christianos à cultu creaturarum. Iudeos, primū: Σεφίτε τοὺς τε τὸν Ιακώβον, καὶ τὸν Χριστὸν ἐμένοις συνάπτεται, ὃν τε τὸν θόρηκα ἀκολεύοντες τὸν διδασκόντα, λεπτοῦν εἰς τὸ προσώπου Θεὸν, επειδὴ ιστούσι τοῦ Γεορτῆς ἑπτακοσίου τοῦ Ιακώβου, εἰς τὸν θόρηκα ὅπου σημαῖνεται, ὃσον εἰς τὸν βασιλεῖν αὐτὸν, ὃσον εἰς τὸν θεόν την πάτην, καὶ οὐτούς τοὺς διαδοτούς τὸ προκύπτειν τῆς οὐρανούς εἰς τὸν λα-
ρναῖον αὐτοῖς. Εἰς τὸν θόρηκαν, ηγή τὸν πάντα Θεόν, ὃς ἐπικοινωνεῖ τὸν θρησκευτικὸν, καὶ τὸν θρη-
σκευτικὸν οὐκ εἶπεν οὐδεὶς εἰς τὸν θρησκευτικὸν, εἰς τὸν θρησκευτικὸν τὸν θρησκευτικὸν, εἰς τὸν θρησκευτικὸν τὸν θρησκευτικὸν. Αλλὰ καὶ τοὺς εἰς τὸν θρησκευτικὸν ἀγάγεται οὐδείς τῶν δυνατερότερων τῷ Μαυροτάτῳ θρησκευτικῷ σημαῖνει. Οὐραῖς δὲ τῷ μὲν προσκυνητῇ λιοντάρῳ καὶ σεληνίῳ καὶ τούς αἱρέτας, τὸν οὐρανόν θεραπεύει, αἱρέτας τὸν θεραπευτήν θερα-
πεύει, καὶ τοὺς εἰς αἵρετας. Manifestum est Iudeorum res inquirentibus,
iisque res Christianorum comparantibus: Iudeos harentes legi, Καὶ dicent ex
persona Dei, Non erunt tibi Diij alij prater me. Non facies tibi simulacrum,
neque cuiusquam similitudinem, eorumque sunt, siue in celo sursum, siue
in terra deorsum, siue in aqua sub terra: non adorabis ea, neque seruies illis
nisi illici aliud colere, prater summum Deum, qui celum fecit et reliqua omnia.
Manifestum porro eos, qui iuxta legem vivunt, colentes factorem cœli, non una-
cum eo colere cœlum. Imo ne angelos quidem, qui in celis sunt, adorat quis-
quam eorum, qui servit legi Mosis. Quin potius aque denegant adorationem
celo, et Angelis in eo, ac Soli, et Luna, et astris, qui ornatus est cœli. Et mul-
tis interiectis, Christianorum apologiam aggrediens: εἰ δέ οὐ διπλαζομένοι
πορεύεται, εἰπον μη προσκυναντίντες αὐτὸν, καὶ οὐλον, καὶ σεληνίον, καὶ αἴστρον. Quod
si pronobis dicendum, qui aequaliter neque angelos colimus, neque Solem, ne-
que Lunam, neq; astra. Et quū obiecisset Celsus, à Sole, Luna, & astris prædi-
tempestate: αὐτὸν διὰ την, inquit, προσκυνήσθε τοὺς προσκυνούντας. οὐδὲ
Μαυροτάτον, καὶ τοὺς μετ' αὐτῷ, ἐν Θεοῖς τοῖς φρεστοῖς οὐτε ταῦτα κατέχεται. At non pro-
pterea adorabimur eos qui adorant: sicut neque Mojem, neque eos qui post eum
prophetarunt longe potiora. Idem libro septimo extremo, Christianos dicit
προστέποντες αὐτὸν σέβειν, καὶ τοντὸν πάντα Θεού: verentes quicquam colere
prater summum Deum. Idem libro primo in Epistolam ad Romanos, V
breuiter, Et omni in unum collecta definitione dicamus, adorare alium quem-
dam prater Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, impietatum est cri-
men. Quae verba Sedulius transcriptis suis in eandem Epistolam anno-
tiatiunculis. Sed idem rufus Origenes codem libro, nec multo post: Nos
nullam creaturam, sed Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum colimus &
doramus.

I. Lactantius libr. 1. cap. 20. Religio & veneratio nulla, nisi unius Dei
enenda est. Basilius oratione Morali 15. quæ est de principatu & potestate
dei: ἀπό τοῦ δέ σεαν ἀκόντων θρήσκειαν Θεὸς εὐθὺς ἀπέδειπνε,
εἰν τῷ Θεῷ τούτῳ τῷ Κυρίῳ θεομάδομον αλιτρόν γεννηπάτερν πράτερν
ολεῖ, οὐδὲν διαφέρειν αλιτρόν πράτερν πράτερν. Neque in alio spem reponere, quam in Deo omnium Domino, haud fuc-
it consentaneum. Gregorius Nazianzenus de Pace, oratione tercia, § 6.
αὐτῷ δέ εγώ εὐθείας ἡγουμένην πατέρα, καὶ Υἱὸν τοῦ ἡγούμενον Πατέρα,
τὸν μιαν τὸν τρίτην τοῦ θεοῦ δύναμιν, μηδὲν ταπεινότερον, μηδὲν ταπεινότερον,
απικέντων τοῦ καὶ αὐτὸς μαρτυρούσας τὸν τοῦ πατέρα σφέας τὸν δέ τοῦ Αδελφοῦ τὸν
αὐτοῦ. Quousque non constituimus unum esse pietatis modum adorare Pa-
rem & Filium, & Spiritum Sanctum, unam in tribus Deitatem & poten-
tiam? Nihil neq; supercolentes, neq; subcolentes, ut etiam ipse non nobis imitando
liberem ex iis, qui se in his rebus magistri venditant. Nam illud quidem fieri
non potest; hoc vero impium. Nyssenus apud autorem Melissæ c. 1. Πάντη
τοις δεῖται φύσεις εἴται νοεῖται μάθεις θηρευτικῆς εἴται φύσις λαχανοει-
δεστας. οὐδὲν απότομον εἴται γνάθεστας, τὸ μητρὸν οὐδὲν θεραπευτικόν.
Sic

L I B E R D E C I M V S N O N V S , C A P . V I I I

38

Sic instituti sumus, ut quicquid creatum est, intelligamus alienum esse à diuina natura: Et solam naturam increatam adorandam atque colendam cuius nota est, & differentia, neque initium habere, neque finem existendi. Theodoretus Therapeuticon 2. Deus τοστημένα τῇ δυλείᾳ παρέβαλεν, η μὲν μελέση τὸ σέπας, ἀλλὰ τῷ ὄντι μέρον παρεστήκει, iussit in seruicio maneret (potes, Dulia insister) nec cultum pariri, verum ei soli qui est, tribuere.

V. Ambrosius de Spiritu Sancto libri 3. cap. 12. Neque adorandum quicquam prater Deum legimus: quia scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. In primum ad Colossenses. Si quis alicui elementorum, aut angelorum, vel potestatum deuorum, se debere esse putet, errare sciatur. Theodoretus Therapeutico 2. ιμεῖς τὸν ἐδρὴν θεολογοῦντα
ἀδεῖς τὸν δὲ αὐτόπιον τοῖς τῷ δεσμῇ διατεθέντας, οἷς τῷ πρόποιος εἰρήσιον γέγονε
ἡδρὴ μέρος ἢ τῶν ὅλων πεπονισμένη Θεοῦ καὶ πατέρα, καὶ τοῦ ἀλεφίου, καὶ τοῦ
πατέρα Πατρὸς μη. Nos nihil eorum quae oculis certi possunt, Deum esse affirmamus. Homines autem virtute eximios, tanquam viros optimos honoramus: at solum omnium Deum (vel ex omnibus Deum) adoramus, Patrem eiusque Verbum, & Sanctum Spiritum. Historiæ libro primo, capite secundo, describens Felicem illum Ecclesia statum sub Constantino, obseruat indigratum fuisse dæmonem, quod videret τὸν ἐδρὴν κτίσιν τῷ δεσμῷ τὸν τελεούντινον πεπονισμένην. τὸν ἢ ποντίῳ αὐτὶ ταύτης ὑμέναρθρον. Creaturam (interpretè Chrysostomo) à quam plurimi nulla amplius dignata veneratione: sed pro illa Creatorem laude & praconis celebratum. Hieronymus ac Riparium. Nos non dico martyrum reliquias, sed nec Solem quidem & Lunam: non Angelos, non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim, & omnino nomen quod nominatur in presenti seculo & in futuro colimus & adoramus: ne seruiamus creaturæ potius, quam Creatori, qui est benedictus in secula. Honeratim autem reliquias martyrum, ut eum, cuius sunt martyres, adoremus.

V. Atque haec quidem tam certo Christianis persuasa fides fuit, vrinde certissima nascetur dicitur gemina. Vna, adoratur: ergo Deus est. Altera, non est Deus: ergo non adorandus Quarum neutra quicquam efficere; si distinctionibus papisticis delumbaretur. Cur non enim diceret haereticus: Illud solenne distinguo? Certe Plato, qui ynum agnoscebat summum Deum; non poterat reliquos adorare supra adoratione. Cur non ipsi saltem Catholicis aliquando venisset in mentem, in tam frequenti asseveratione nullam creaturam colendam se aliquas creaturem adorare? An quia Papistis stupidiiores non sentirent ipsos sibi suas vincas cædere? An potius quod esset altissima eius strophæ ignoratio: natæ duntaxat postremis temporibus adulterandæ veritati, interpolandæ impietati?

VII. Ad Priorem demonstrationem hi loci pertinent. Ambrosius de Spiritu sancto libri secundi capite sexto. Quoniam Creatorem Spiritum novierat, docet eidem seruendum. Et post. Ergo cum seruendum dicat Spiritus idem Apostolus qui non creatura, sed creaturo afferit seruendum: euidenter utique & ipse sanctum ostendit Spiritum esse creatorem, & in eterno diuinitati honore venerandum: quia scriptum est, Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies. Athanasius contra Macedonium Dialogo primo, ei id dicitur καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἁγίας Φύσεως, προσκύνει· εἰ δὲ σέργηται, χρεῖται. Si compertum sit Spiritum esse eiusdem natura cum Patre, adorato: si non conperiat, absiste. Chrysostomus in Iohannem homilia 32. ὅταν περιγράψῃς πάντα που ἔδωλον τὸ ιδίῳ προσκυνεῖν τὴς πνεύματος· τὸ δὲ προσκυνεῖται τὸ πνεῦμας δειπότα. Esse eum in iis quibus debetur adoratio, cuiilibet notum. Nam adorare creature est: adorari vero creaturarum Domini. Nazianzenus oratione tricesima leptima quæ est de Spiritu Sancto. ei id γένεσις προσκυνητὸς, πνεῦμας σεπτήν: εἰ δὲ πετρός, πνεῦμας Θεός: εἴ δέ τινες οὐκ εἰδεῖτε τὸ πνεῦμα τοῦ πνεύματος. Si quidem Spiritus adorandus non est, quomodo me deciscat per baptismum? Si autem adorandus, an non colendus? Si colendus, an non Deus; Vnum unicoharet. Vere aurea salutarisque cathena.

VIII. Ad alteram. Tatianus ad Graecos. Δημιουρίον τὸν θεόν αὐτὸν γένεσις καὶ ἀπόκρισις προφητῶν εἰς τὸν Θεόν. Opificium ab eo conditum nostrī gratias adorare nolo. Et paulo post. Σιγεῖτον τὸν σογχέων τὸν τοποθεσίον εἶται πεδεῖτο, εἶται πειστομένον τὸν θεολόγον. Adorare elementorum subsistētiām, neque quisquam mihi persuaserit: neque ipse cuiquam persuadere velim. Hilarius de Trinitate libro octauo. Non ignoras, quin in maledictō sit religio creature. Ambrosius de Spiritu Sancto libro tertio, capite duodecimo. Haud dubie etiam Spiritus Sanctus adorandus est: quando adoratur ille, qui secundum carnem natus ex Spiritu est. Ac ne quis deriuuit in Mariam virginem: Maria erat templum Dei, non Deus templi. Et ideo ille solus adorandus, qui operabatur in templo. Epiphanius in Ariomanitis. εἰ δὲ οὐκ ἀλλαζόντος οὐ Θεός εἴη προφητῶν, τῶν ἀπόστολος γεγενέντων; Nam si Christus non est Deus verus neque adorandus est. Et si creatus est, non est Deus: Quod si non est adorandus, quomodo Deus asseritur?

IX. Atque hæc fuit Epiphanius fontica causa declamandi contra Col-
lytidianos, à quicis primus imperius adorandæ Virginis Matri. Na-
mū ἄλιον ἦν, τὸ σῶμα τῆς Μαρίας. ἐ μὲν Θεός. Ναὶ δὲ παρέχεται λα-
τινοὶ επιγράφησιν ἀλλὰ όχι εἰς την περοκώνην ήμερον δεῖται, ἀλλα
περοκώνησον τὸν εἶδον την επεξηγήσθων. Sane vero sanctum fuit corpus Ma-
riae: at non Deus. Sane vero virgo fuit illa Virgo & honorata: at non ad adora-
tionem concessa: imo adorans eum qui ex ipsa natus est secundum carnem. Ποιῶ
το γένος φύσιν διηγήσαστο καὶ τάττε: ποιῶ τηροφύτων ἐπίτερον: ἔδρων περοκώνη-
σθαι, ὡς μὲν γυναικαὶ λέγεται: Quanam Scriptura loquuntur est hac de re? Quis pro-
phetarum concessit hominem adorari, ne mulierem dicam? Εξαίστον μὴ γένος
ἐπί τὸ σῶμα, αλλὰ γυνὴ, καὶ σὸν τῷ Φύσει παρεκπλαγόν, τὸν δὲ γνάμονα καὶ
τὸν αἰδησιν εὐ πειρητημένην. Enim uero extinximus uas est: sed mulier, neque
ulla parte naturam diuersam sortita: at uero mente sensuque honore cunctu-
lata: ἀστεῖ τὸ σώμα τῷ ἀριστῷ, καὶ εἴπειν μεταπέρεον τῆς διξολογίαν
επιποιεῖ, ὡς Ήλίας εὑρισκότεο παρέχεται, καὶ οὕτω μέρων εἰς τὸ διλυκές, καὶ
μεταλαμβανόμενος, θυσίαν δὲ καὶ παρεκκατά, ὡς ἐγκαίνιον ὁ ιππότης τοῦ
Κυρίου επιποτεστος, ὃν ἡγάπει ἡ Γηροῦς. ὡς Θείλα καὶ αἱρία καὶ Μαρία ἡ ἐπιτελε-
της πειρατέως (lego potius: καὶ Μαρία Νᾶ εἰς τούτης πειρατέως), διών κατηξια πε-
ρικονομούσιν. αλλὰ τούτοις περοκώνηστος, καὶ τοῦτο εἰς ζητοῦ ἀντετίθεται την περοκώνην τοι γεράδισσας δικαίηστην κοινωνην αὐτῇ ἐπεκτείνειν απεργοτεμένος, μετάλογον
εἰς Θεῖον λαζανὸν τῶν γεγαγέναιον ἀλλὰ τούτο θείλα, καὶ τοῦτο ἀριστὸν περοκώνηται. Sicut an-
tiorum corpora & si quid amplius ad laudem dixeris, sicut Helias ab utero vir-
go, talisque in perpetuum manens, & assumptus non gustata morte. Sicut Ioan-
nes, qui recubuit ad pedes Domini. accepit amictum Iesum. Sicut Thecla sancta

38

quanquam Mariæ honor maior est propter dispensationem, quia est honorata
Verum neque Helias adorandus, quantumvis in viris, neque Ioannes ado-
randus, quantumvis precibus suam dormitionem miram efficerit, vel potius
Deo gratia acceperit. Neque Thecla adoranda, ne nullus sanctorum s' god xerolos
sei nūmān' dōxātā tālān' nūgātālāpātān' tōl' Cōnta, kāt' wētākūwētā tālān' cī-
tāt' nūgātātāpātān' iātāt' bōtān' gōl' kāt' iōtāt' dōtāt' tālān' kāt' pātāt' kāt' iātāt'
cītāt' dōtāt' s' gōl' a' zālāt' wētākūwētān' tālān' jēlēt, pōtāt' mātāt' tālān' dōtāt' K' vīt' yētāt'
nūmān' lū; Non enim dominabitur nobis antiquus error: relinquere viuentem
& adorare ea, que ab eo sunt facta. Servierunt enim & h. norarunt creaturā
prater creatorē, & stultis facti sunt. Nam si Angelos adorari noluit, quane-
minus Anna genitā am' cō tētāt' ista Magdāl' o' Pātāt' o' Yōt', kāt' tālān' Pātāt' mātāt'
& cōtāt' iātāt' tālān' Magdāl' mātāt' wētākūwētāt'. In honore esto Maria, at Pater
& Filius, & Spiritus Sancti adoretur, Mariam ne quis adoret.

X. Indidem disputantibus de Christi Deitate arma fuere aduersus haereticos, etiam accusatos idololatria, propter cultum delatum ei quem φιλοσόφων dicentes. Athanasius contra Arianos oratione 3. Διηγεῖσθαι αὐτὸν ἄγγελοι, οὓς ἀποτάξει αὐτὸν ὅντες καὶ φρεσκωταί ταῖς παῖς αὐτῶν χρήσεις, ἀπό τῶν ἀποτάξεων τοῦ πατρὸς, καὶ παῖς ἐπειρεῖσθαι. Serviebant illi Angelos, ut diuerso alienoque ab eorum natura: εἰς adoratur ab illis non ut gloria maiori, sed ut aliis, discrescens sciuntur usque à conditione tum creaturarum reliquarum: tum etiam ipsorum Angelorum. Patri tantummodo equalis secundum rationem substantia. Si enim ideo quia gloria sublimior est adoratur, par erat, ut omnia inferiora superioribus se in adorando inclinarentur. Sed ita non est. εἰπεν μάρτυρας εἰπομένης φρεσκωταί αἱ μάρτυρες διεπότελοι, καὶ εἰπεν Θεός. Creatura si quidem creaturam non adoratur, sed seruus hominum, εἰ creatura Deum. Πίτερος ψῆφοι οὐδὲ διατάχει φρεσκωταί θελοντες τὸν Κεραμίδιον καλεῖν λέγοι, ὅτι καὶ γένος αὐτῶν φρεσκωτοί εἰσι. ἀγγέλοι δὲ θελοντες φρεσκωταί ταῖς παῖσιν εἰσιν, εἰπεν μάρτυρες σωθεῖσθος σὺ εἶμι, καὶ τὸν αἴθελον Φῶν τὰ παῖσι φρεσκωτάν τὴν τρέψανταν τὰς λόγους Θεού βεβίλια τέττα τὸν Θεόν προσκυνοῦσσι. Petrus Jane Apostolus adorare volentem Cornelium inhibuit, dicens Quoniam εἰ ego homo sum. Angelus quoque Ioannem in Apocalypsi se adorare volentem, non admisit, dicens. Vide ne facris conseruus enim tuus sum, εἰ frumentum tuorum prophetarum, εἰ seruantium verba codicis huius. Deum adorare Θεός εἰσι μάρτυρες τὸν προσκυνοῦσσι. Quocirca solius numinis est adorari:

XI. Nyssenus in funebri Placillæ. Tò τῶν εἰδώλων μῖσος κοινὸν πείπων εἰ τῶν μεταποντῶν τῆς πίστεως αὐτὸν ἐκεῖνος ἡ θεάτρον τὸ τέλον Αἰγανοῦ ἀπίστου ὄφειον τὴν εἰδωλολατρείαν βούλευθεοῖς. Simulacrum dñum commune est omnium qui fidei participes sunt; sed eius præcipuum, quod Arianam infidelitatem & que a simulacrum cultum abominabatur: καλῶς ἡ Σολοῦς Γεράνεων ὁ δῆμος της πόλεως περιουσίων, καὶ πιστὸν οὐρανὸν τὸ Χελεύθετο ποιεῖ, εἰδωλολατρεῖς εἰσι. Χελεύθετον εἰδωλον θίρη Θ. Reète pieque sentiens. Nam qui creaturam adorant etiam si in Christi nomine id facint, simulacrum cultor est, Christi nomen simulacro imponens. Cyrillus Thesauri libro decimo, capite decimo. Quomodo non eritis idololatria & creaturam colentes, & spem in ipsa habentes? Ni mirum si Christus sit Deus. Derecta fide ad Reginas. ιερὴ γένεσις τρεσσικητής, εἰς μὲν πίστιν οὐδὲ, ἐπ’ αὐτὸν δὲ τὸ οὐρανὸν λόγος ὁ πρῶτος πάντων προσκυναέμενος Θ., σπεζεξιθεστο. Non esset alias adorandus, nisi crederemus Verbum illud ex Deo, ab omni creatura adorandum, factum esse carnem.

XII. Sic olim docuere Catholici. Observa Angelis, Sanctisque tribui ntellexi, quaeque; Honorem honorare, venerari; quibus vocabulis gene ralissima est obseruantia significatio: adeo ut etiam viuentibus competant etiam iis, quos propter solam excellentiam⁹; quam leuitate humanam ap pellant, suspicimus. At vero non tantum τὸ λατρεύειν, quod Papistæ, faci le erant passuri; sed etiam τὸ προσκυνεῖν, τὸ σέβειν; atque adeo etiam τὸ δυ λούειν, adorare, colere, seruire, sicut duliam deferre, iuguritas Deo reservari ut omni profusa creaturæ denegetur; Cœlo, Angelis, Sanctis, Mariæ, He liæ, Ioanni, Theelæ. Et quidem constanter. Non enim alij aliter; sed omnes uno ore. Quod eo factum, quia iam pridem Ecclesia iis vocabuli significabat honorem religiosum.

XIV. **Quam facile!** An quia hic fuit indiligentior Sophista, & quidem tantus? Nam profecto futilissimus. Primo non est viuens aliter verum Patres agere contra Gentiles. Nam quidam agebant contra quosdam nomine Christianos: nempe Arianos, Eunomianosque: & in eo erant ut Filium, atque Spiritum assererent esse Deum: argumento dueto ab adoracione. Si adoratur Deus est. Si non Deus, non adorandus. **Quomodo** quid nos prohibet concludere aduersus Papistas? Alij Scripturæ locos explicabant, ut Origenes ex i. ad Romanos: Ambrosius ex Epistola ad Colosenses. Alij Christianos purgabant calumniis vel Gentilium, vel hæreticorum Origenes contra Cellum, Hieronymus ad Riparium.

XV. Deinde neque tantum loquebantur de hominibus nefariis in Deo
relatis: sed etiam de Angelis, de Sanctis, de Maria Virgine, & quidem diser-
tissime. Non tantum negant, inquam, dæmonas, hoc est, malos Angelos
adorandos, sed etiam bonos, *r̄s c̄ r̄ḡr̄*. Denique non homines tantum
queruntur habitos Deos, sed etiam indignantur Christum & Spiritum
non habitum Deum, & tamen adoratum.

C A P. VII

De distinctione Latriæ & Dulie ex Agustino.

I. **A**ugustinum à reliquis sciunximus: non quod eius doctrina seorsim
eat à reliquis: sed quod eius nomine abutantur audacissime nostris
hagiolatris, prætexentes Latræ & Dulæ distinctionem, quam ille omnium
primus posuit: non malo consilio: utrinam bono euentu. Sed cum pia fave-
rit tanti viri cogitatio, imo & *æcclæsa*: tum nihil magis impium iis, qui e-
ius nomine abutuntur hodie, Augustinus verbis, Augustini doctrinam con-
rumpentes; ne quid dicam durius.

II. Primo igitur Augustinus, itidem ut reliqui, docet solum Deum colendum & adorandum. De Quantitate animæ c. 34. Divine ac singulariter in Ecclesia Catholica traditur, nullam creaturam colendam esse animis: sed ipsum tantummodo rerum quæ sunt omnium creatorum, ex quo omnia, per quæ omnia, in quo omnia. Contra Faustum libro 20. c. 5. Cum quibus, id est, Ethnici colentibus quæ in celo sunt, quando agimus, ut ea non colant, non eis dicimus quod nulla sint: sed quod colenda non sint: eisque colendum horum omnium conditorem, Deum inuisibilem, suademus, cuius solius participatione beatus homo fieri potest, quod omnes velle nemo ambigit. Sed quia nonnulli eorum inuisibilem, & incorporam creaturam colunt, quod est anima mensaque humana: tamen quia ne eiusmodi creatura participatione fit homo beatus: illi non solum inuisibilis, verum etiam incommutabilis Deus versus colendus est, quo solo fruens, beatus sit cultor eius: & quo solo non fruens, omnis mens misera est, qualibet re alia perfruatur. Epistola 44. Ad summam tamen recte hoc lateat, & in sacrificia coniuncta imprudentem trahat, scias à Christianis Catholicis, nullum coli mortuorum nichil denique ut numen adorari, quod sit factum & conditum à Deo: sed unum ipsum Deum, qui fecit & condidit omnia.

III. Secundo, distinctius Religionem neque cuiquam deferendam præter Deum. De Vera Religione, c. 55. Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia si pie vixerint, non sic habentur ut tales quarant honores, sed illum à nobiscoli volunt quo illuminant latantur meriti sui nos esse consortes. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Si autem malevixerint, vobisunque sint, non sunt colendi. Et nonnullis interpositis, Non sit nobis religio, vel ipsa perfecta, & sapientia rationalis, sive in ministerio, universtatum, sive in ministerio partium stabilita, sive que in summis hominibus expellant commutationem reformationemque portionis sua.

IV. Et ne nesciunt tam homonymiam. De Civitate Dei, libro 10. c. 1. Sit tantummodo cultus ipse dicatur, non soli Deo deberi videtur. Dicimur enim etiam colere homines, quos honorisca vel recordatione vel presentia frequencamus. At per hoc cultum quidem non deberin isti Deo, propria quadam notione verbi huius verissimum est. Sed quia & aliarum rerum dicitur cultus, ideo Latine uno verbo significari cultus Deo debitus non potest. Nam & ipsa religio, quamvis distinctius, non quemlibet, sed Dei cultum significare videatur, unde isto nomine interpretati sunt nostri eam, qua Grace dominica dicitur, tamen quia Latina loquuntur confitudine, non solum imperitorum, verum etiam doctissimorum, & cognitionibus humanis arque affinitatibus, & quibusdam necesse studiibus dicitur exhibenda religio, non eo vocabulo vitatque ambiguous, cum de cultu Deitatu veritutur quæstio, ut fidenter dicere valcamus, religionem non esse nisi Dei cultum: quoniam videtur hoc verbum à significanda obseruantia propinquitatibus humana insolenter auferri. Quanquam idem alias confidentius. In octoginta tribus quæstionibus, quæst. 31. Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ quam diuinam vocant, curam ceremoniamque afferit.

V. Efficit huius homonymiae cauenda prudens eura, ut Augustinus versus sit libenter ducas, & λατερία distinctione. Quod pluribus locis significari: ex quorum comparatione, necesse est nos tanti viri mentem venari. De Civitate Dei libro 10, cap. 1. postquam dixisse se libro octavo tractasse hanc quæstionem: vtrum ad beatam vitam, Vni Deo vero, qui est Deorum effector, an plurimis diis religione sacrisque seruiendo peruenire possimus: dixisset item Philophorium quodam multos Deos ita colendos putasse, ut de demonibus diuinos honores sacerorum, & sacrificiorum deferendos esse censerent. Nunc, inquit, videndum est, ac differendum est, quantum Deus donat, immortales beat in celestibus sedibus, dominationibus, principatibus, potestatibus, constituti, quos isti deos, & ex quibus quosdam vel bonos damones, vel nobiscum Angelos nominant, quomodo credentia sint velle à nobis religionem, pietatemque seruari: hoc est, ut apertius dicam, vtrum etiam sibi, anteriorum Deo suo, qui etiam noster est, placeat eu, ut sacra faciamus. & sacrificemus: vel aliqua nostra, seu nos ipsos religionis tribus conjectemus. Hic est enim diuinis tali, vel si expressius dicendum est Deitati debitus cultus: propter quem uno verbo significandum, quoniam satis idoneum non occurrit Latino Greco, ubi necesse est insinuio quid velim dicere. Latriam, quippe nostri vobisunque Sanctorum Scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundum quam pracepit Apostolus, seruos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græcè nuncupari solet. Latria vero secundum consuetudinem, quale quoniam sunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut semper, aut tam frequenter ut pene semper, ea dicitur seruitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Eodem opere, l. br. 5. cap. 15. Pius non exhibet seruitutem religionis, quam latriam Græci vocant, nisi vni vero Deo. Libro 7. cap. 32. Omnes non solum prophetia, quæ in verbis sunt: nec tantum precepta vita, quæ mores pietatemque conformant, atque illis literis continentur, verum etiam sacra sacerdotia, tabernacula, seu templum, altaria, sacrificia, ceremonia: dies festi & quicquid aliud ad eam seruitum pertinet, quæ Deo debetur, & Græcè propriæ latriam dicitur, ea significata, & pronunciata sunt. Libro 10. capite 4. Huc nos seruitutem; quæ latriam Græcè dicitur, sive in quibusque sacramenta, sive in nobis ipsis debemus. Huius enim templum simul omnes, & singuli templo sumus: quia & omnium concordiam, & singulos inhabitar eignatur: non in omnibus quam singulis maior: quoniam nec mole dispenditur, nec partitione minuitur. Cum ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum, eis unigenito eum sacerdote placamus: ei cruentas victimas cadimus, quando utque ad sanguinem pro eius veritate certamus, ei suauissimum adolemus incensum, cum eius in conspectu, pro sanctoque amore flagramus, ei dona eius in nobis, nosque ipsos vobemus, & reddimus, ei beneficiorum eius solemnitatibus, festis, & diebus statutis dicamus, sacra musque memoriam, ne volumine temporum ingratis subrepatur obliuio: ei sacrificamus hostiam humilitatis & laudes in ara cordis igne seruinda charitatis.

VI. De Trinitate lib. I. cap. 6. Maximè vero illo loco satis claret, quod Spiritus Sanctus non sit creatura: ubi iubemur non seruire creature, sed creatori. Non eo modo quo iubemur per charitatem seruire inuidem, quod est Græcè δουλούς: sed eo modo, quo tantum Deo seruitur, quod est Græcè λατερίου. Et paulo post, Porro si tali seruitute, creatura seruire prohibemur, quandoquidem dictum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues: unde & Apostolus detestatur eos, qui coluerunt & seruierunt creaturae potius, quam creatori, non est utique creatura Spiritus Sanctus, cui ab omnibus Sanctis talis

seruitus exhibetur. Epistola quadragesima nona, quæstione tertia, Creditori unice debetur seruitus religionis, illa qua uno nomine latraria Græcè appellatur. Epistola sexagesima sexta, Et præcipimus & rogamus, ut eos quod didicisti, docere non differas: unum scilicet Deum esse solum, cui seruitus illa debetur, quæ latraria Græcè vocabulo nuncupatur. Et paucis interpositis, Quem Deum, nisi Spiritum Sanctum, cuius corpora nostra dixerat esse templum? Debetur ergo latraria Spiritu Sancto. Nam si templum ei facere, sicut Solomon fecit de ligno, & lapidibus subveniens, utique faciendo templum, latraria exhibere conuincemur: quanto magis latraria debemus, cui non templum facimus, sed sumus. Contra Faustum lib. 20. cap. 2. Populus Christianus, memorias martyrum religiosas solennitate concelebrat, & ad exitandam imitationem, & ut meritis eorum consoletur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamvis in memorias (memoriis potius) constituantur altaria. Et post. Colimus ergo martyres, eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talium pro Evangelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tanto deuotius, quanto securius post incerta omnia superata: quanto etiam fidentiore laude predicamus, iam in vita feliciore victores, quam in ista adhuc utique pugnant. At illo cultu, que Græcè latraria dicitur, Latine uno verbo dici non potest, quum sit quædam propriæ diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum.

VII. Hactenus ex Augustino satis multa: ut si non possit ex singulis, saltem ex omnibus indubitatum eius mentem vestigemus. Itaque signifikat hæc notanda. Primo verborum λατερίας ηδειας eam distinctionem non esse ex vsu Scripturæ. Nimis, quia neque in Novo Testamento usquam λατερίαν legas, nisi pro cultu diuinorum neque in Veteris Testamenti interpretationibus Græcis, nisi semel. Nam alioquin ea non est verborum propria vulgaris notio. Imo Glossarium λατερία, Servius Etymologus, λατερίς οτι μελλον λατερίαν, λατερία, εἰς τὴν λατερίαν τὸν εἰπόντα λατερίαν. Phauorinus, λατερίαν κακήν τὸν λατερίαν. λατερίς οι μελλον λατερίαν. Λατερίον ουδὲ μελλον. Et hæc probantur multis autorum classicorum locis. Sophoclis Trachynis. Τοιοῦτον οὐ εἰς δέμογιστην τὸν δύμαν αὐτοῦ τὸν αὐτόν ἐπικηρύξας οὐδὲν τοῦτο τοῦτο. Αeschylus Prometheo, χρεῖσθαι τὸν εἴματα τῆς λατερίας πίτης. Theodectus apud Aristotelem politicon l. c. 6. Ήσων οὐτούτῳ αὐτῷ αμφοῖν εὐρετούμενον τὸν τοῦ θεοῦ εἴδειον λατερίαν. Euripides Helena, οὐδὲ μόνον την λατερίαν οὐδὲ λατερίαν.

VIII. Quin & inter Theologos Chrysostomus Homilia 2. in Epistolam ad Romanos, τὸ λατερόν, καὶ τὸ διανγκάν: vtrumque, inquam, usurpat non pro ipso cultu diuinio: sed pro vocatione in qua Deus singulorum operararie vtitur. hoc est, ut scholarum idiomate utar, non pro actibus elicitis, sed pro imperatis, πεποιηθεῖσας διανγκάν εἰς τοὺς δύμαν αὐτοῦ τὸν αὐτόν λατερίαν τοῦτο. Μulti sunt variique modi ministeria: siidemq; latraria. Et Illustrat comparatione regum, quibus ministrant duces exercituum, politici magistratus: Καρχηδονίον, εἴτε οὐτὸν τὸν πανεπιστημόν, οὐδὲ λατερίαν τοῦ ιδιού, οὐδὲ λατερίαν τοῦ μετεπιστημόν, οὐδὲ λατερίαν τοῦ διανγκάν: εἴτε οὐτὸν τὸν πανεπιστημόν, οὐδὲ λατερίαν τοῦ μετεπιστημόν, οὐδὲ λατερίαν τοῦ διανγκάν. Σimiliter in sacrificiis ritualibus. Alius latraria & duliam exhibet Deo, credendo, juvante ritu recte componendo: alius sibi, cipiendo hospitium curam: alius suscipiendo primatia in eos a quibus rogatur, καὶ διελέγεται εἰς τὸν δύμαν αὐτοῦ, οἱ τοῦτο τὸν πανεπιστημόν, οἱ διελέγεται τοῦ Θεοῦ. οὐδὲν οὐ τὴν τοῦ λατρευτοῦ διαποιεῖται. οὐδὲ Παύλος λοιπὸν τὸν τοῦ θεοῦ εἴδειον μηδεγγέλεισθαι λατερίαν. οὐδὲ τοῦ λατρευτοῦ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ. Ut ipsorum Apostolorum tempore Stephanus Deo seruiebat viduis praefectus: alius in docendo verbum Dei: in his Paulus erat latraria impendens in Evangelio predicando: eaque erat eius dulia ratio.

IX. Quoniam igitur nullum sit proprium his vocabulis momentum, res ipsa potius intuenda, ac videndum, quam constitutæ differentiam λατερίας & δελιας Augustinus, priimus huius subtilis grammaticalismus obscurator. Primo igitur meninximus ab ipso Augustino Latraria dici seruitutem: quæ propria est, οὐ δελιας significatio. Nam & λατερίας sic reddi docuit ab iis qui interpretati sunt Scripturas: & dici eam seruitutem, quæ pertinet ad colendum Deum. Secundo, cum id habeat λατερία communem cum δελια, ut sit seruitus: tum vero illa distinguuntur ista, religione. Diserte. Nam & quæstionem esse cum Gentibus vtrum pluribus diis sit religione sacrificia seruitum: & thesi, quomodo boni Angeli velint à nobis religionem pietatemque seruari. Deniq; seruitutem religionis uno nomine latraria appellari. Tertio ritus etiam latræ describi, primo sacra. secundo sacrificia: tertio oblationes, tum nostri, tum rerum nostrorum ritibus religiosis: deinceps tempora, aras, festa, dies statutos, solemnitates.

X. At vero duliam describit primo eam seruitutem, secundum quam præcipit Apostolus seruos suis dominis subditos esse debere. Secundo, cum cultum dilectionis & societatis, quo & in hac vita colantur sancti homines, quoniam aliqui leuiorem & intentiorem.

XI. Hæc Papistas nunquam considerasse, jam cuius, puto, manifestum. Quomodo enim seruitutem, siue cultum religionis distinxissent in latraria, & duliam? Non enim ita Augustinus. Sed seruitutem in seruitutem religionis, id est, latraria; & seruitutem charitatis, societatis, id est, duliam. Denide, si dulia esset pars religionis, non oportuerat tam seruere pronunciare, & seruitutem religionis soli Deo deberi, & non debere esse nobis religionis cultum mortuorum.

XII. Ad hæc Papistæ latraria, duliam, & cultū ciuilem, distinguunt tanquam tres species diuersas. At Augustinus longe aliter, duas tantum. Nam duliam, id est, cultū defunctorum eundem facit cum cultu Sanctorum viuentium, Colimus martyres, inquit, & cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei. At iidem numero esse non possunt: iidem ergo specie, & separandi tantum gradu: quoniam cum honore Regis, & honore Regis Legatum: est quidem honor, & honor: sed tantum gradu: ac non honor & honor specie: quia eadem est vtrinq; honoris & natura & definitio. Itaq; differunt secundum magis & minus: vt reuera honor est Regis maior, quam Legati. Et ita Augustinus, securiorem & deuotiorem dixit cultū mortuorum: nimis, quia etiam viuentium cultum & securum, & deuotum agnoscit: sed minus, quam mortuorum. At vero si viuorum cultus esset duxit ciuilis: & cultus mortuorum, religiosus, non tantum graduum esset differentia, sed specie; vt reuera Papista agnoscunt.

XIII. Quid? quod idem cultus dicitur charitatis & societatis? Idem, inquam,

LIBER VICESIMVS, CAP. I.

401

inquam, cultus charitatis & societatis? Hoc vero significat sic à Christians viuis coli Christians mortuos, vt socios: & quidem sic socios, vt quum erant in viuis: itaque cultum esse charitatis eiusdem qua inter se Christians deuincuntur, vt sunt eiusdem corporis membra. At cultum illum societas & charitatis, quo viui viuos colunt, quis vñquam audiuit religiosum appellari? Oportet igitur, cultum illum, quo colendi sunt defuncti, non esse cultum religiosum, quod est contra Papistas vel non esse eundem cum cultu, qui exhibetur viuis; quod est contra Augustinum, cuius tamen autoritate scimus munitos iactant. Et quia non tantum mortuis delatum cultum; dixit esse cultum charitatis, sed etiam, cap. 6, libr. 1, de Trinitate, id videlicet eum modum, quo per charitatem jubemur seruire inuicem, & cum modum, quo tantum Deo seruitur, eadem ratione, qua opposit latram dulie: Ergo duliam cum Augustino definire oportet eum cultum, quo jubemur per charitatem seruire inuicem, sive cultum charitatis. Et quia non tantum mortui Sancti, sed etiam Angeli colendi sunt dulia, non autem latram: Ergo, non tantum cultus martyrum: sed etiam cultus Angelorum, erit cultus charitatis: ac proinde etiam societas: ideoque idem cum eo, quo colimus inuicem viui viuos: ac proinde non religiosus.

XIV. Sed de ritibus illustris est Augustini sententia. Et longe dissidens à Papistarum commentis. Eos ritus enumerat, primum in genere sacra: deinde distinete, sacrificia, altaria, tempora, dies festos: & vno verbo, cum nos nostraque religiosis ritibus consecramus. Et hæc omnia ad latram pertinere & dilectare docet, & saepius repetit. At Papista vnicum sacrificium latram faciunt eximium; sic Cotonus Epistolis ad Chamiterum: & quanquam Belatminus mollius, non omnes simpliciter: sed omnes fere actus exteriores communes esse omni adorati: tamen idem solum sacrificium excipit. Et cap. 4. vidimus tempora, delubra, aras, altaria erigi sanctis: festa autem, quis nescit idem consecrari? At Augustinus contra, constans est, ea ad latram, pertinere. Et ex templis diserte colligit Spiritus Sancti Deitatem. Et con-

tra Maximinum libr. 3, cap. 3. Templum non est factum ab hominibus, nisi aut vero Deo, sicut Salomon fecit: aut eis qui pro diis habentur, sicut Gentes qui ignorant Deum. Et contra Sermonem Arianorum, cap. 29. Si aliquibus terra molibus spiritu Sanlo templum fabricaremus, quis dubitaret ei nos latram, id est, ista, de quæ nunc loquor, seruitutem seruire? Itaque de Ciuitate Dei lib. 8, cap. 27. Ne nos ei idem martyribus, templo, Sacerdotia, sacra, & sacrificia constituimus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus.

XV. Nunc perspecta est mens Augustini: Nisi forte illud obiciant. Et obiciunt sane, Populus Christianus memorias martyrum religiose solemnitate concelebrat. Sed nihil facilius. Memorias enim appellat locos aedificatos in sepulcris martyrum: ad quos plebs Christiana conueniebat, religionis causa: hoc est, vt inibi sua religionis exercitia celebraret: sic ut religio, non ad ipsos pertineret martyres: sed tantum ad Deum. Fiebant tamen hoc religiose conuentu, celebres eiusmodi de memoria. Quomodo contra faustum libr. 20, cap. 21, negat Christianos sacrificare martyribus? sed concedit saepissime sacrificare in memoris martyrum. Quomodo item Nyssenus oratione de S Theodoro Martyre, Nos quidem, o beate, benignitate Creatoris anniuer- sariam circuli vici studinem assequuti; coegerimus tibi publicum conuentum, sacrum, inquam, martyribus addictum, & communem Dominum adorantes, & tuorum certaminum victoria commemorationem peragentes. Vbi nota, diligenter duo distingui, adorationem, & victoriae commemorationem: hanc martyri tribui, illam Deo. Et in conuentu publico illo addicto martyri, Deum adorari, non martyrem. Hoc erat, hoc scilicet, illud erat quod Augustinus dicebat, memorias martyrum religiose solemnitate celebrari: nimirum, quia in ea solemnitat e Deus solemniter adorabatur, quæ est religio;

Quomodo si dicam, apud Papistas festa Sanctorum nundinas & mercatu celebri: quod verissimum: non tamen puto, confici nundinas & mercatum ad Sanctos ab eis referri.

FINIS LIBRI DECIMINONI.

LIBER VIGESIMVS,

De

CVLTV CREATVRARVM.

Captus Primum.

STATVS CONTROVERSIÆ DE INVOCATIONE SANCTORUM.



V. Respondeo Bellarmintum ipsum calumniari: Verba hæc sunt Calvini, Postquam captum fuerat in Sanctorum intercessionem respicere, sensim sua cuique procuratio est attributa, ut pro negotiis diuersitate nunc hic, nunc ille aduocaretur intercessor: tum singuli peculiares sibi diuos adscierunt, in quorum, non secus atque tutelarium deorum, fidem se contulerunt. Neque modo (quod olim Israeli exprobrabat Propheta) secundum urbium numerum dñi sunt erecti, sed secundum capitum multitudinem. Hæc Calvini. Hic autem, vbi illud est Bellarmini, inuocari plane tanquam deos: sed tanquam intercessores. Quia tamen nomine tenus modesti, reaps Christianæ moderationis limites longe præteruolant; hanc eorum superstitionem comparat Ethnicon superstitutioni: & apud Papistas obseruat esse Sanctos, pro diis tutelaribus apud Ethnicos. Nam certe & libro præcedenti obseruauit me legere in Iouio hanc ipsam guttelatum deorum nuncupationem Sanctis tributam. Tuscullinum, cap. 14, lib. 1, dicentes, ipsam Dei parentem enixi orant, vt se in suam sedem tutelamque reciperet. Nemoque ignorat à Papistarum vulgo Sanctos dici Patronos. Sic Eligius fabrorum ferrariorum patronus: Elasius carminatorum; Antonius porcorum: Blandina apud Viennenses lanificij: Lucia fattorum, Crispinus futorum, Aurigaram tres reges, Iosephus fabrorum lignariorum, Lucas pictorum, Georgius militum, Nicolaus nauigantium. Quid de viribus dicam? Imo quid de singulis urbium paroecis? Hoc Calvini reprehendit, & merito reprehendit: merito, inquam, in Papistis.

VI. Secundo Bellarminus queritur Calvini dicere à Papistis rogari Virginem, vt Filium jubeat facere quod petunt. Hic ille primo, Quis monstru hoc dicit? Cur non probat vlo exemplo? Et Hayus Disputationum libro 2, cap. 6: Iupidentissime hoc nobis imponis. Nullus enim nostrum est, qui hoc carmen unquam cecinit. Secundo, Præterea si Iosue 10. dicitur, Obedientes Deo vocati homines, &c.

VII. At rego testor habere Missale ad usum Ecclesiae Tullenensis: in quo sunt hi versus:

O Felix puerpera,
Nostra pians sceleras;
Iure matris impera;
Redemptori.

In prosa cuius initium, Maria praconio: in officio de beata Maria. Sed quid opus testibus? Si eam præcandi formam probant; cur dissimulant? Imo cur queruntur sibi obici? Si improbant, cur non aperte? Et vide mihi Papistarum ingenium. Bellarminus semihulcis labris, nescio quid susurrat, vt ostendat non impie rogari Mariam, vt natum jubeat. Noluit proorsus avulso deseri; tam pius zeli Papistici documentum: & tamen apologiam perficere erubuit. Sic fugit ad salices: & se cupit ante videri. Satin' Theologe?

III. 3 logicæ

II. Inuocando ergo Sanctos, Papistarum intentio est. Bellarmini dicitur verba, Sancti, sive Angeli, sive homines, pie, atque utiliter à viuentibus inuocantur. Coloniense tamen Enchiridion, explanans primum Decalogi mandatum, distinctione vtrum. Verbum inuocare, inquit, si proprie & secundum magis communem Scripturæ intellectum; accipias, pro eo quod est, aliquem, tanquam sua salutis primum ac solum autorem appellare, & pro ope aut auxilio sua virtute impariēdo interpellare, constat Sanctos inuocandos non esse, ne quod solius Dei est, Sanctis tribuamus. Verum, si late, & propemodū improprie accipias, pro eo, quod est, simpliciter interpellare, seu ministerium alicuius aut officium expētere, certe hac ratione non videmus; cur quispiam impium esse putet, inuocare Sanctos.

III. At Catholici negant Angelo, Sanctosque inuocandos: Esse enim inuocationem vel religiosam, vel ciuilem. Religiosam deferti vli creaturæ blasphemuni esse, & idololatricum. Ciuiile autem Angelis ac Sanctis tribui ineptum, & stolidum, quandoquidem nobileum Angeli, Sanctiue defuncti nullum habeant ciuile commercium, quod omnino requiritur in inuocatione: cuius alia ratio est, quam honoris, qui deferri potest ciuiliter, etiam iis hominibus, quibuscum nihil intercedit communicationis; sed inuocatio longe se habet aliter. Itaque Papistas dicimus vel stolidos, si ciuiliter inuocent, vel idololatras, si religiose. Quanquam utrum sint, facile est discernere: quandoquidem hanc illi habent ius religionis partem non postremam: ideoque non Nouatores tantum, sed & haereticos indigent, qui suam audient hanc sententiam non probare.

IV. Et conqueritur tamen sibi injuriam fieri Bellarminus triplicem. Primo, quod eos dicat Calvinus inuocare Sanctos plane vt Deos, Institutionis libr. 3, capite 20. §. 22. Calvanismus esse probat, ex Litanii, in quibus oratur, S. Paulus a pro nobis. Quum nemo tamecum audeat dicere, Sancte Deus a pro nobis.

Tem. II.